Universitätsbibliothek Paderborn

# Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

**Venetiis, 1579**

Partis primæ Tractatus quintus de sacramento extremæ vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

ex ſpeciali priuilegio ad diuina admittātur, nō poſſunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiā clerici interdicti poſſunt communicare: ſi aūt non ſunt interdicti, poſſunt. ¶ Itē panis, ꝛ fructus oliue, ꝛ huiuſmodi poſſunt ſecrete benedici, ꝛ dari clericis, ꝛ laicis: in feſtis vero priuilegiatis poſſunt publice benedici, ꝛ dari. ¶ Item benedictio ſponſorum pōt fieri in die aliquo priuilegiatorū in alijs aūt non. ¶ Itē non poteſt fieri aliquod officium mulieribus poſt partum, niſi in diebus priuilegiatis. ¶ Item fieri poteſt benedictio menſe preſentibus ſecularibus: cum non ſit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: poteſt enim laicus hoc facere.

¶ Finit quartus tractatus libri Sacerdotalis de Sacramento Eucharistie.

## ¶ Incipit quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis. De ſacramento extreme vnctionis, ꝛ ei annexis, ꝛ conſequentibus, De materia, forma, miniſtro, effectu ſacramenti extreme vnctionis, ꝛ quibus corporis partibus dari debeat, ꝛ an debeat iterari. Cap. 1.



Extreme vnctionis ſacramentū debet dari laborantibus in extremis. Et iſtud ſacramentū inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura aduertenda ſunt, videlicet,

Materia, Miniſter,
Forma, Effectus,
Quibus dari debeat,
Quibus corporis partibus, Et an poſſit reiterari.

## ¶ Materia ſacramenti extreme vnctionis, que ſit. Cap. 2.

Materia huius ſacri eſt oleum oliuarum, ꝛ non aliud oleū, ab epō prius ſanctificatum, ꝛ benedictū: Quod ſacramentum Chriſtus inſtituit qñ apoſtolos ad predicandum miſſos docuit oleo vngere infirmos. Marc. 6. Et beatus Jacobus in canonica ſua. 5. c. dicit: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſie: ꝛ orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non cathecume-
norum. Unde diligenter aduertat ſacerdos, ne vnum pro alio
miniſtret: de Sacra vnct. c. Unctio. Et ſi errore hoc fecerit, de-
bet caute ſuppleri per ſacerdotem. de Sacramentis iterandis
vel non. cap. i. in fine.

## Forma huius ſacramenti, que ſit. Cap. 3.

Forma huius ſacramenti ſunt verba, que profert ſacerdos
quando inungit infirmum. ſ. Per iſtam vnctionem et ſuaz
piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deli-
quiſti per viſum, per auditum etc. Et licet varie ſint forme hu-
ius ſacramenti, tamen melius eſt vti forma S. Roma. Eccleſie,
que eſt mater et magiſtra aliarum eccleſiarum. Ex concilio
Florentino. Forma ſacramenti extreme vnctionis hec eſt. Per
iſtam vnctionem et ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat ti
bi dñs quicquid deliquiſti per viſum, ſimiliter in alijs mẽbris.

## Miniſter huius ſacramenti quis ſit. Cap. 4.

Miniſter huius ſacramenti eſt ſolus Sacerdos, et nõ alius.
Quod patet in predicta authoritate ſancti Jacobi. cap. 5.
vbi ait, Inducat presbyteros etc. 25. diſt. 5. Sed queritur, et cap.
ſequen. Nec eſt de neceſſitate, quod ſint plures ſacerdotes pre-
ſentes, ſed vnus ſolus cum clerico poteſt ſacramentum confer-
re. De verbo. ſignifi. ca. queſiuit. Si tamen ſint plures ſacerdo-
tes melius eſt. Et ille qui inungit, debet dicere verba, et ceteri
reſpondere, et aſſiſtere, et pro infirmo orare.

## De effectibus huius ſacramenti. Cap. 5.

Effectus huius ſacramenti eſt multiplex. Primus eſt
conſolidatio ſpũalis debilitatis per peccatuz inducte. Di-
cit enim S. Tho. q̃ talis vnctio dicitur que daz ſpũalis ſanatio,
quia datur contra quandam inhabilitatem, vel ineptitudinez,
que in nobis remanſerunt ex peccato actuali, vel originali: vel
venialium peccatorum remiſſio. Secundus effectus eſt ſa-
nitas corporalis, ſi diuina ſapientia id nouerit infirmo vtiliter
expedire. Tertius eſt: quia per iſtud ſacr̃m remittuntur pec-
cata venialia et mortalia, que ignorat: vt in eadem authoritate
beati Jacobi. Et ſi in peccatis fuerit dimittentur ei. Jacob. 5. c.
Quartus eſt diminutio pene pctõ mortali debite. Quin-
tus eſt gratie augmentum, que in hoc ſacr̃o confertur et auge-
tur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur, niſi obex ponatur: ⁊ ex ↄſequenti, gloꝛia. ¶ Sextus eſt interioꝛ letitia, ⁊ robur ↄtra demonis inſidias, quę potiſſime tūc inſunt. ¶ Septimus arctatio diabolicę poteſtatis, quę non eſt ita potens ſumpto ſacramento. ¶ Octauus eſt proteſtatio decedentis, ꝙ permanſerit in fide militantis eccleſię, ex qua vadit ad eccleſiā triūphantē: tanꝗ miles, qui fideliter pugnauit.

## ¶ Quibus dari debeat hoc ſacramentum. Cap. 6.

Hoc ſacramentum dari debet ſolis infirmis adultis ⁊ penitentibꝰ, qui ſunt infirmi in periculo moꝛtis: ⁊ illis, qui inſtanter petunt illud ⁊ petierunt, licet tunc nihil intelligant ꝑpter moꝛtis anxietatē, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo caſuali moꝛtis poſitis, ac ēt ad moꝛtem damnatis non datur.

## ¶ Quibus coꝛpoꝛis partibus debeat dari hoc ſacramentum. Cap. 7.

Dandum eſt aūt hoc ſacrm̄ in illis coꝛpoꝛis partibus, ⁊ locis, per quę moꝛbus in aīam intrauit. Et quia quinq; ſenſus ſunt illi, per quos potiſſimum hō peccat: ideo in illis locis dandum eſt. ¶ Ex concil. Floꝛen. prędicto. Hoc ſacrm̄ infirmo, de cuius moꝛte timetur, dari debet. Qui vngendus eſt in oculis ꝑꝑ viſum: in auribus ꝑꝑ auditū: in naribus ꝑꝑ odoꝛatū: in oꝛe ꝑꝑ guſtum, vel locutionem: in manibus ꝑꝑ tactū: in pedibus ꝑꝑ greſſum: in renibus ꝑꝑ delectationem ibidem vigentem. Hęc ibi. Mulieribus non vnguntur renes propter honeſtatem. Et ſiquis non haberet oculos, vel naſum, vel alia membꝛa, inungantur loca magis propinqua dictis ſenſibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur ēt renes: quia in eis incentiuum libidinis conſiſtit. Ideo ſaluatoꝛ noſter Luc. 12. dicit: Sint lumbi veſtri pręcincti, ⁊c. Non debent aūt ſcapulę inungi, quia vnctę fuerunt in baptiſmo. Nec manus pꝛeſbyteri vngendę ſunt interius, ſed exterius: qꝛ prius ab ep̄o interius inunctę fuerunt in oꝛdinatione ſacerdotij. Et ſi talis infirmus laboꝛat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. di. 5. ca. bap.

## ¶ An hoc ſacramentum poſſit reiterari. Cap. 8.

Poteſt aūt reiterari hoc ſacrm̄ toties, quoties infirmus moꝛti appropinquare videt. Sed in eadē infirmitate, ſi fuerit longa, ⁊ timet de periculo moꝛtis, poterit reiterari ſēper.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si vero ſit infirmitas breuis, non reiteratur, niſi recidiuaue-
rit. Nec eſt expectandum ad inungendum infirmum vſque ad
vltimum: quia tunc nullum ſenſum, vel deuotionem habere po
teſt. Et debet dari ēt illud recuſanti, dummodo ſit penitens, ip-
ſum ligando per manus, ⁊ pedes, ⁊ brachia, ⁊ ſic inungi. Qui
negligunt recipere hoc ſacrm̄, vel contemnunt, grauiter pec-
cant: ⁊ tempore interdicti eccleſiaſtici hoc ſacrm̄ non debet ꝯ-
ferri. Sacerdotes curati, qui renuunt, aut negligunt hoc ſacrm̄
conferre, non euadunt pctm̄ mortale. Sacerdos quolibet anno
debet ſacrum oleum mutare: ⁊ vetus in eccleſie lampadibus ad
comburendum ponere. Et ſi contrarium faceret, grauiter pec-
caret. de conſ. diſt. 4. Siquis de alio. Et ſi ſacrum chriſma, vel
oleum cathecumenorum, vel infirmorum, ex vſu defecerint: de
bet ſuper illa imponi oleum non benedictum, ⁊ totum efficitur
benedictum. De conſec. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. Sacer-
dos non debet petere in collatione huius ſacramenti pecuniā:
quia ſimoniacus eſſet: ſponte tamen oblatam poteſt recipere.
1. q. 3. c. vlt. Et ſi infirmus petierit hoc ſacramentū, ⁊ antequam
ſacerdos veniat, loquelam amiſerit, vel notitiam, nihilominus
ſacerdos eum inungat. 26. queſt. 5. capitu. his qui. ⁊ de ſenten. ex-
commu. cap. a nobis. 2. quia in tali caſu etiam deberet baptiza-
ri: ⁊ a peccatis abſolui. De bapti. ⁊ eius effect. capitu. maiores.
Sacrum chriſma, oleum cathecumenorum, ⁊ oleum infirmo-
rum ſeruari debet in eccleſia, in loco decenti, ac ſub clauium
cuſtodia, non tamen in eodem loco, vbi Eucharistie ſacramen
tum ſeruatur propter eiuſdem reuerentiam.

## ¶ Ordo ad vngendum infirmum ſm̄ Romanā curiā. Cap. 9.

Sacerdos vncturus infirmum, in primis accipiat oleū ſan
ctum. deinde ordinate procedat, dicendo ps. Miſerere
mei, vt dictum eſt ſupra in cōione. Cum autem peruentum fue
rit ad locum, vbi iacet infirmus, ſacerdos intrās dicat ℣. Pax
huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde ſtans
ante egrotum dicat ℣. Adiutorium nr̄m in noīe dn̄i. ℟. Qui fe-
cit celum ⁊ terram. ℣. Dn̄s. vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris, ⁊ me indignum, qui
primum miſericordia tua indigeo, clemēter exaudi: ⁊ quē
non electione meriti, ſed dono grē tue cōſtituiſti huius operis
mini-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miniſtrū, da fiduciā tui muneris exequēdi, ⁊ ipſe in nr̄o miniſte-
rio, qđ tuo virtutis eſt operare. Per Chriſtum. Oremus. Oratio.

Introeat dn̄e Jeſu Chriſte domum hanc ſub noſtrę humi-
litatis ingreſſu ęterna felicitas, diuina proſperitas, ſerena
letitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc
loco acceſſus dęmonum: adſint angeli pacis: domumque hanc
deſerat effugata diſcordia. Magnifica domine ſuper nos no-
men ſanctum tuum: ⁊ bene ✠ dic noſtrę conuerſationi: ſancti-
fica noſtrę humilitatis ingreſſum: qui ſanctus ⁊ pius es: ⁊ per-
manes cum patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſcl'a ſcl'orū. ℟. Amē. Oro.

Oremus ⁊ deprecemur dn̄m nr̄m Jeſum Chriſtum, vt bene
dicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculum, ⁊ oēs habitan
tes in eo: ⁊ det eis angelum bonum cuſtodem: ⁊ faciat eos ſibi
ſeruire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: auertat ab eis
oēs contrarias ptātes: eripiat eos ab omni formidine, ⁊ ab om
ni perturbatione: ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire digne
tur. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſecu
lorum. ℟. Amen. Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos dn̄e ſancte, pater oīps, ęterne Deus, ⁊ mittere
digneris ſanctum angelum tuum de cęlis, qui cuſtodiat,
foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in
hoc habitaculo. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.
Et ponatur imago crucifixi ante oculos infirmi: vt eam poſſit
reſpicere. Deinde in modum crucis aſpergat ęgrotum aqua
benedicta: poſtea domum, dicendo añ. Aſperges me dn̄e. cum
ps. Miſerere mei Deus. ⁊ Gloria pa. ⁊ Sicut erat. ⁊ repeti-
tur aña. Aſperges me. vt ſupra. Deinde immediate faciat ęgro-
tus confeſſionem: ⁊ dicat Confiteor. Quo dicto ſacerdos dicat.

Dominus nr̄ Jeſus Chr̄s te abſoluat: ⁊ ego abſoluo te ab
oī vinculo excōicationis maioris, ſiue minoris, ſuſpenſio-
nis, vel interdicti, ⁊ ab oībus pctis tuis: ⁊ reſtituo te vnitati, ⁊
cōioni ſanctę matris eccleſię abſolutum. In noīe pa ✠ tris ⁊
fi ✠ lij ⁊ ſpūs ✠ ſancti. Amen. Et tūc oēs clerici aſtātes dicat,
legendo ſeptē pſalmos pn̄iales. Dum aūt pſalmi dr̄r, vel cum
dicti fuerint, ſacerdos intincto pollice i oleo ſcō dicat abſolute.

In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: extin-
guatur in te oīs virtus diaboli, per impoſitionem manuū
noſtrarum:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtrarum: imo per inuocationem oīum ſanctorum angelorū,
archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum,
martyrum, confeſſorum, virginum, atqz omnium ſimul ſancto-
rum. ℟. Amen. Quo dicto, faciat ſignum crucis de oleo ſan-
cto in corpore egri in ſeptem locis ſubſcriptis, ad vnamquam-
que crucem, propriam orationem dicendo. Ad oculos.

PEr iſtam ſanctam vn ✠ ctionez, τ ſuā piiſſimā miſericor-
diā, parcat tibi dn̄s, quicquid deliquiſti p viſum. ℟. Am̄.
Miniſter vero tergat locū iunctū, cū ſtuppa, reponēs eā i
vaſe mundo: τ ſic faciat poſt quamlibet vnctionem. Ad aures.
Per iſtaz ſanctā vn ✠ ctionē, τ ſuā piiſſimā miſericordiā par-
cat tibi dn̄s quicquid deliquiſti p auditū. ℟. Amen. Ad nares.
Per iſtā ſanctam vn ✠ ctionē, τ ſuam piiſſimaz miſericordiā,
parcat tibi dn̄s qcqd deliquiſti p odoratū. ℟. Amē. Ad labia.
Per iſtam ſanctam vn ✠ ctionem, τ ſuam piiſſimaz miſericor-
diam, parcat tibi dominus quicquid deliquiſti per guſtum, τ
locutionem. ℟. Amen. Ad manus.
Per iſtam ſanctam vn ✠ ctionē, τ ſuā piiſſimā miſericordiaz,
parcat tibi dn̄s qcqd deliquiſti p tactū. ℟. Amen. Ad pedes.
Per iſtā ſanctā vn ✠ ctionē, τ ſuā piiſſimā miſericordiaz, par-
cat tibi dn̄s quicquid deliquiſti per greſſum. ℟. Amē. Ad lūbos.
Per iſtam ſanctam vn ✠ ctionem, τ ſuam piiſſimam miſeri-
cordiam, parcat tibi dominus quicquid lumborum delectatio-
ne deliquiſti. ℟. Amen. Poſtea dicat ſacerdos.

VNxi te oleo ſancto in nomine patris, τ filij, τ ſpiritus ſan-
cti. Et non lateat in te immūdus ſpūs, τ dolor, ſiue inſana-
bilis languor, neqz in mēbris tuis, neqz in medullis, neqz in cō-
paginibus mēbrorū tuorū: ſed virtus Chri altiſſimi in te corro-
boretur. Qm̄ ſicut vnxit Samuel Dauid in regem prophetam
olei operatione, omnipotentis virtute, ſic ſuo ſancto medicami-
ne te vnxi quatenus per huius myſterij operationez, τ per hāc
ſacrati olei vnctionem, atqz noſtraz deprecationez, virtute ſan-
cte Trinitatis medicatus atqz refectus, priſtinaz ac melioratā
recipere merearis ſanitatem a domino omnipotente. Qui vi-
uit τ regnat deus in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

PEr iſtam ſanctam vnctionem, τ per dei virtutē, τ per my-
ſterij noſtri benedictionez, ſanctificent ab oī ſorde pecca-
ti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

timanus ⁊ os, cor quoque ac ſenſus, viſus, auditus, guſtus, tactus, ⁊ odoratus, ac totum corpus tuũ, ⁊ anima tua: ⁊ idoneus efficiaris ad inuocandum atqȝ ſanctificandum deum ⁊ benedicendum nomen eius. Reddat tibi dñs letitiã ſalutaris tui, ⁊ ſpũ principali cõfirmet te, ⁊ ſpũm ſcm̃ innouet in viſceribus tuis: ⁊ ne auferat illũ a te. Sed benedictio dei prĩs, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti deſcendat ſuper te: copioſaqȝ ſuper caput tuũ defluat: ⁊ in extrema corporis tui deſcendat. Interius exteriuſqȝ te repleat, atque circundet: ⁊ ſit ſemper tecum. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Sanet te deus, pater, omnipotens, qui te creauit. Sanet te Jeſus Chriſtus, qui pro te paſſus eſt in cruce. Sanet te ſpiritus ſanctus, qui tibi in baptiſmo infuſus eſt. Sancta trinitas vnus deus gratiam ſuam ad profectum ſalutis animę ⁊ corporis in te augeat: ⁊ ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conſeruet. Qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Quibus omnibus peractis, ⁊ a clericis pſalmis ⁊ litanijs lectis, ſacerdos dicat Kyrieelei. Chriſteele. Kyrieeleiſõ. ℣. Pater noſter. ſub ſilentio. ℣. Et ne nos inducas in ten. ℟. Sed libe. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine deus, qui per apoſtolum tuum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros eccleſię, ⁊ orẽt ſuper eum vngentes cum oleo ſancto in nomine domini: ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊, ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: cura (queſumus) redemptor noſter gratia ſpiritus ſancti languores iſtius infirmi: ⁊ ſua ſana vulnera: eiuſque dimitte peccata: atqȝ dolores cũctos cordis ⁊ corporis ab eo expelle: plenamque ei interius exteriuſqȝ ſanitatem miſericorditer redde: vt ope miſericordię tuę reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Alia oratio.

Reſpice, queſumus domine, famulum tuum in infirmitate ſui corporis fatiſcentē: ⁊ animam refoue quā creaſti: vt caſtiga=

caſtigationibus emendatus ſe ſentiat tua medicina ſaluatum. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

Domine ſancte, pr̃ om̃ps, ęterne deus qui benedictionis tuę gratiam ęgris infundendo corporibus, facturã tuã multiplici pietate cuſtodis, ad inuocationem tui nominis benignus aſſiſtis: vt famulum tuum N. ab ęgritudine liberatum ⁊ ſanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque eccleſię tuę ſanctiſq; altaribus tuis, cũ omni deſiderata proſperitate reſtituas: Per Chr̃m dñm no. ℟. Amen. Oratio.

Dominus Jeſus Chriſte apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te cõſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſup te ſit, vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorũ. Amen. Poſtea ſtuppa proijciatur in ignem. His omnibus peractis reuertantur ad eccleſiam: ⁊ Crux remaneat coram infirmo.

¶ Ordo vngẽdi infirmũ ſm vſum patriarchatus Venetiarũ.

Sacerdos accedere volens ad vngendum infirmũ: ſumpto ſuppelliceo, ⁊ ſtola, ⁊ libello cũ miniſtro ad infirmũ accedat. Et ibidẽ ſuperpelliceo ⁊ ſtola paratus accedens ad lectum infirmi dicat. Pax huic domui, ⁊ oĩbus habitantibus in ea. Et aſpergat infirmum, ⁊ thalamum, ⁊ aſtantes aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmum conſoletur: ⁊ hortetur ad habendam ſpem ⁊ fiduciam in domino Deo. Et poſtea dicat. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpũ. Oremus. Oratio.

Omnipotens, ⁊ miſericors Deus, immenſam pietatẽ tuam humiliter imploramus: vt ad introitũ humilitatis noſtrę in tuo nomine hunc famulum tuum N. in hoc habitaculo iacẽtem feſſum ſalutifere viſitare digneris, ſicut viſitaſti Tobiam ⁊ Sarram, ſocrum Petri, puerumq; Centurionis, atq; eum reſtituas priſtinę ſanitati aĩę ⁊ corporis, vt recepta ipſa priſtina ſanitate gratiarũ tibi in eccleſia tua referat actionẽ. Per Chriſtum. ℟. Amen. Deinde ſacerdos intingens pollicem in oleo ſancto infirmorũ, vngat caput infirmi in modũ crucis, dicens.

Vngo caput tuũ oleo ſcĩficato. Jn noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcĩ: vt more militis vncti pparatus ad luctamẽ, poſſis aereas ſuperare cateruas: p xp̃m. ℟. Amen. Et extergatur ſtuppa locus inuctus, ⁊ ponat in vaſe mũdo. ¶ Ad oculos.

Vngo oculos tuos oleo ſanctificato. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſancti: vt quicquid de illicito viſu deliquiſti, huius olei vnctione expietur: Per Chriſtum dominū noſtrum. Qui tecum vi. ⁊c. ℟. Amen. ¶ Ad aures.

Vngo has aures ſacrati olei liquore, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid delectatione nociua auditus admiſſum eſt, medicina ſpirituali euacuetur: Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. ¶ Ad nares.

Vngo has nares oleo ſacrato, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid noxio vapore cōtractum eſt ab odore ſuperfluo: iſta emendet vnctio, vel medicatio: Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. ¶ Ad labia.

Vngo labia iſta conſecrati olei medicamento, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid guſtu ſuperfluo ⁊ inordinato, vel otioſa vel criminoſa peccaſti locutione, diuina clementia miſerante hac vnctione expurgetur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. ¶ Ad pectus.

Vngo pectus tuum oleo ſancto: vt hac vnctione protectꝰ, fortiter ſtare valeas aduerſus aereas cateruas, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, ſit hęc vnctio olei ſanctificati ad purificationem mentis ⁊ corporis: Per Chriſtū dominum noſtrum. Qui tecum. ℟. Amen. ¶ Ad ſcapulas.

Vngo has ſcapulas, ſiue in medio ſcapularum oleo ſacro, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt ex omni parte ſpirituali protectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul poſſis eos robore ſuperni iuuaminis repellere: Per Chriſtum dominum noſtrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. Rcium. Amen. ¶ Ad manus.

Vngo has manus oleo ſanctificato, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid illicito, vel noxio tactu, vel opere peregerunt, per hanc vnctionem euacuetur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Rcium. Amen. ¶ Ad pedes.

Vngo hos pedes oleo benedicto, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt quicquid ſuperfluo, vel nociuo inceſſu commiſerunt, iſta aboleat vnctio, vel medicatio. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Bene-

## Benedictio ſuper infirmum inunctum.

BEne ✠ dictio Dei omnipotentis cum angelis ſuis ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio domini noſtri Jeſu Chriſti cum apoſtolis ſuis ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio Spiritus ſancti cum ſeptem donis ſuis ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio ſanctę eccleſię catholicę cum filijs ſuis electis ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio ſanctę Marię Virginis matris domini noſtri Jeſu Chriſti cum filiabus ſuis ſanctis ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio ſancti Petri principis apoſtolorum ⁊ omnium apoſtolorum ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio quatuor Euangeliſtarum Chriſti, cum quatuor Euangelijs, ⁊ quatuor paſſionibus Chriſti ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio ſancte crucis Chriſti, cum virtute altiſſimi ſit ſuper te. ℞. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, ſicut bene ✠ dixiſti Adã per paſſionem filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti. ℞. Amen.

Bene ✠ dic domĩne famulum tuũ, ſicut bene ✠ dixiſti Noe, ⁊ filios eius poſt diluuium. ℞. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, ſicut bene ✠ dixiſti Abraham propter fidem ſuam. ℞. Amen.

Bene ✠ dic Domine famulum tuum, ſicut bene ✠ dixiſti Moyſen per decem verba legis, quę dediſti ei in monte Sinai. ℞. Amen.

Bene ✠ dic Domine famulum tuum, ſicut bene ✠ dixiſti Dauid, propter eius deuotionem ad te, ⁊ propter fortitudinem manuum ſuarum. ℞. Amen.

Bene ✠ dictio oĩum gentium cęleſtium ſit ſuper te. ℞. Amẽ.

Fiant merita ⁊ orationes omnium ſanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto, in cogitatione, ⁊ oĩ tpe commendo te ſub poteſtate ſanctiſſimę Trinitatis. ℞. Amen.

Illuminet faciem tuã ſuper te dñs, ⁊ miſereatur tui. ℞. Amẽ.

Conuertat dominus vultum ſuum ad te: ⁊ det tibi pacem. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

## Benedictio ſuper infirmum inunctum. 

In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti accipe ſa
nitatem mentis ⁊ coꝛpoꝛis. ℟. Amen.
Hec vnctio per iſtud ſignum ſancte cru ✠ cis, ⁊ per oleū ſan
cti ✠ ficatum, ⁊ per donum ſancti ✠ ſpiritus fiat tibi ad ſani=
tatem ⁊ ſempiternam ſalutem. ℟. Amē. Deinde dicat Sacer=
dos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpir. Oremus. Oratio.
Domine Jeſu Chriſte, qui es ſaluatio, ⁊ redemptio noſtra,
qui es vera ſalus, ⁊ medicina, ⁊ a quo omnis ſanitas, ⁊
medicamentum venit, qui apoſtoli tui voce inſtituis, vt lāgui=
dos olei liquoꝛe tangentes vngamus: poſtulamus miſericoꝛ=
diā tue pietatis: ⁊ queſumus, vt reſpicias propitius ſuper hunc
famulum tuum ab illa ſummitate celoꝛum, vt quem languoꝛ
curuat ad exitum, ⁊ virium contractio pertrahit ad occaſum
medela tue gratie ſaluti reſtituat caſtigatum. Extingue in eo li
bidinum ⁊ febꝛium actus, egritudinum ⁊ cupiditatum toꝛmen
ta, diſſolue ſuperbie inflationem, tumoꝛemque compeſce: vlce=
ra ⁊ putredines vitioꝛum euacua, viſcerum interna, coꝛdium=
que ac medullarum, ⁊ cogitationum ſana diſcrimina: conſcien
tiarum atque plagarum abducito cicatrices phyſicis, ⁊ phan=
taſmaticis adeſto periculis: vetereſq; atque immenſas remoue
paſſiones: opera carnis ſanguiniſq; materiam compone: ac de=
lictoꝛum illi veniam propitiatus attribue: ſicque illum iugiter
cuſtodiat pietas tua: vt nec ad coꝛruptionē aliquando ſanitas,
nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas fiatq; il=
li hec olei ſacra peruncio concita moꝛbi preſentis expulſio, ⁊
peccatoꝛum omnium optata remiſſio: te concedente ſaluatoꝛ
mundi. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas, Per om
nia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.
Propitietur dn̄s cunctis iniquitatibus huius infirmi: ⁊ ſa
net omnes languoꝛes illius: redimatq; de interitu perpe
tue moꝛtis vitā eius: ⁊ coꝛroboret ⁊ ſatiet in bonis oībus de=
ſiderium ipſius. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē.
Concede nobis dn̄e famulis tuis: vt oꝛantes cum fiducia di=
camus Pater noſter. totum. Et ne nos inducas in tentatio=
nem. Sed libera nos a malo. Libera nos, queſumus Domi=
ne: ab omni malo: ⁊ cuſtodi nos ſemper in omni opere bono Je
ſu Chriſte authoꝛ omnium bonoꝛum.

¶ Bene=

¶ Benedictio cinerum, in quibus ponendus eſt infirmus mo-
riens: ⁊ cilicij quo cadauer defuncti eſt inuoluendum. Cap. ii.
℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celū
⁊ terram. ℣. Domine exaudi orati. ℟. Et clamor. ℣. Domi-
nus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui non mortem, ſed pniam deſideras peccatorum,
fragilitatem conditionis humane benigniſſime reſpice:
⁊ hos cineres, quos cauſa proferende humilitatis, atq; prome-
rende venie famulo tuo imponi, ⁊ cilicium quo eum indui de-
creuimus, bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt qui ſe ci-
nerem eſſe ob prauitatis ſue meritum, ⁊ in puluerem reuerſu-
rum ſe cognouit, peccatorum omnium veniam, ⁊ premia peni-
tentibus repromiſſa a te miſericorditer conſequi mereatur. Per
Chriſtum dominum noſtrum. Qui tecum viuit ⁊ reg.

¶ Exorciſmus cineris.

Exorcizo te cinis in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis,
⁊ in nomine Ieſu ✠ Chriſti filij eius, ⁊ ſpūs ✠ ſancti, qui
te per ignem in fauillam conuerti precepit: vt ſicut iuſſione dei
per ſanctum famulum ſuum Moyſen cinis vitule in populo aſ-
perſus oēm congregationem ſanctificauit Iſrael, ita ⁊ tu exor-
cizatus in nomine ſancte trinitatis, ⁊ in terra ⁊ cilicio aſperſus
efficias, vt in famulo Dei nō lateat diabolus, ſed manifeſtetur
atque expellatur: vt purus ⁊ ſincerus inueniatur. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum, qui venturus eſt iudicare vi-
uos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ¶ Itē benedictio cilicij.

Bene ✠ dic dn̄e hoc cilicium, quod famulus tuus pro hu-
militatis ⁊ penitudinis ſue deuotione indui appetiuit: vt
ſicut niniuitarum populo in cinere ⁊ cilicio penitenti peperci-
ſti, ita ⁊ famulus tuus humiliationis ⁊ profeſſionis ſue indutus
veſtimento, a te creatore ſuo oīum indulgentiam conſequatur
delictorum. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.
Tunc aſperſis cineribus ⁊ cilicio aqua benedicta, imponat v-
trunque ſuper infirmum, vel etiam defunctum, ⁊ dicat ſequen-
tem orationem. Oremus. Oratio.

Induat te dn̄s veſtimento ſalutis: ⁊ qui vt nobis humilita-
tis oſtenderet formā, vilibus voluit indui pannis in pre-
ſepio, ipſe te faciat corde cōtrito ⁊ humiliato ſibi aſſiſtere: vt ſi-
cut

cut habitum hunc abiectionis te fecit extrinſecus induere, ita ipſe veſtimento immortalitatis ⁊ ſtola iucunditatis te intrinſecus induat. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei: qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Tunc ſuper infirmum ſacerdos cineres aſpergat, ⁊ cilicium ſuper eum ponat. Si autẽ iam mortuus fuerit, ſimiliter eum aſpergat ⁊ cilicium eum induat.

## ¶ De oratione facienda in viſitatione infirmorum. Cap. 12.

CUm ſacerdos aliquam perſonam infirmam decumbentem viſitauerit, ⁊ aliquam orationem ſuper eam facere voluerit, poterit vti forma infraſcripta, videlicet. ¶ Primo intrans domum, vel cameram infirmi dicat. Pax huic domini. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedens ad lectulum infirmi, eum dulciter ſalutet, ⁊ ad patientiam hortetur, ⁊ aliqua verba ſancta pro ipſius exhortatione ⁊ conſolatione dicat. Et quia infirmitas corporalis frequentius euenit propter infirmitatem ſpiritualem, vt in c. cum infirmitas, de pęnit. ⁊ remiſ. hortetur eum, vt ſi cito velit ſanari ab infirmitate, etiam ſi infirmitas non ſit multum grauis, integram ⁊ veram confeſſionem faciat de omnibus peccatis ſuis. Poſtmodum ſacerdos dicat. Chariſſime, ſi dominus tibi pręſtare dignabitur ſanitatem, non proponis de cętero pro viribus tuis a peccatis cauere, ⁊ eius mandata pro poſſe ſeruare? Quo promittente, dicat ſacerdos. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Introeat, quęſumus dñe Jeſu Chr̃e, domum hanc ſub noſtrę humilitatis ingreſſu ęterna fęlicitas, diuina proſperitas, ſerena lętitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna. Effugiat ex hoc loco acceſſus dęmonũ, adſint angeli pacis, domũque hanc deſerat effugata diſcordia. Magnifica dñe ſuper nos nomen ſanctum tuum: bene ✠ dic cõuerſationi noſtrę: ſanctifica noſtrę humilitatis ingreſſuꝫ: qui ſanctus ⁊ pius es: ⁊ permanens cum patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſec. ⁊c. Ps. Dñe ne in furore. j. fo. 58. ℣. Dominus vobiſcuꝫ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti Euangelij ſm Matth. ℟. Gloria tibi dñe. Dum ſacerdos dicit, Sequentia ſancti, ſignũ crucis faciat ſup

ſe in fronte, ſuper os, ⁊ ſuper pectus, ⁊ ſimiliter ſuper infirmuz: maxime ſi fuerit maſculus: ſi vero femina fuerit, dum ſacerdos ſe ſignat, per ſemetipſam in locis predictis ſe ſignet: ⁊ hoc idez in ſequentibus Euangelijs obſeruetur.

IN illo tpe: Cum introiſſet Jeſus Capharnauz: acceſſit ad eum Centurio rogans euz, ⁊ dicens: Dñe puer meus iacet in domo paraliticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jeſus: Ego veniam, ⁊ curabo eum. Et rñdens Centurio ait: Dñe non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tñ dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub mē milites: ⁊ dico huic, vade: ⁊ vadit: ⁊ alio, veni: ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, fac hoc: ⁊ facit. Audiens aūt Jeſus miratus eſt, ⁊ ſequentibus ſe dixit: Amē dico vobis, nō inueni tantā fidez in Jſrael. Dico aūt vobis, ꝙ multi ab oriente ⁊ occidēte venient: ⁊ recumbent cū Abrahā Jſaac ⁊ Jacob in regno celoꝝ: Filij aūt regni eijcient in tenebras exteriores. Jbi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Et dixit Jeſus Centurioni: Vade ⁊ ſicut crediſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius ex illa hora. Oremus. Oro.

DOmine ſancte, pr̄ oīps, eterne deus, qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus, facturā tuaz multiplici pietate cuſtodis, ad inuocationez nominis tui benignus aſſiſte: vt famulum tuum ab egritudine liberatuz ⁊ ſanitati donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atqz eccleſie tue ſancte cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Pſalmus.

COnſerua me dñe, qm̄ ſperaui in te, dixi dño, deus meus es tu, qm̄ bonorum meorum non eges. Sanctis qui in terra ſunt eius, mirificauit oēs voluntates meas in eis. Multiplicate ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt. Non congregabo cōuenticula eoruz de ſanguinibus, nec memor ero nominū eorum per labia mea. Dñs pars hẽditatis mee, ⁊ calicis mei: tu es qui reſtitues hẽditatez meā mihi. Funes ceciderunt mihi in p̄clarís: etenim hereditas mea preclara eſt mihi. Benedicā dñz qui tribuit mihi intellectū: inſuper ⁊ vſqz ad noctē increpuerunt me renes mei. Prouidebaz dñm in conſpectu meo ſemper: qm̄ a dextris eſt mihi, ne commouear. Propter hoc letatum eſt cor meum, ⁊ exultauit lingua mea: inſuper ⁊ caro

mea

mea requieſcet in ſpe. Q̃m non derelinques aĩam meã in inferno: nec dabis ſcm̃ tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finẽ. Dñs vobiſcum. Sequentia ſancti Euangelij ſm̃ Marcum. ℟. Gloria tibi Domine.

In illo tp̃e: Recũbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Jeſus: ⁊ exprobrauit incredulitatem illorũ, ⁊ duritiã cordis: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe a mortuis non crediderant. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum predicate Euangelium omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabit᷑: Signa aũt eos, qui crediderint, hec ſequẽtur. Jn noĩe meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpẽtes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Et dñs quidem Jeſus, poſtq̃ locutus eſt eis, aſſumptus eſt in celum: ⁊ ſedet a dextris Dei. Jlli autem pfecti predicauerunt vbiq; dño cooperante, ⁊ ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Oremus. Oro.

Virtutum celeſtium deus, qui ab humanis corporibus oẽs languorem ⁊ oẽs infirmitates pcepti tui poteſtate depellis, adeſto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus ⁊ viribus, receptis nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat. Per Chriſtum dominum. ℟. Amen. Ps.

Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomẽ dei Jacob. Mittat tibi auxiliũ de ſancto: ⁊ de Sion tueatur te. Memor ſit oĩs ſacrificij tui: ⁊ holocauſtũ tuum pingue fiat. Tribuat tibi ſm̃ cor tuum, ⁊ oẽ ꝯſilium tuum ꝯfirmet. Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in noĩe dei nr̃i magnificabimur. Impleat dñs oẽs petitiones tuas: nunc cognoui qm̃ ſaluum fecit dñs Chr̃m ſuum. Exaudiat illum de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius. Hi in curribus, ⁊ hi in equis: nos aũt i noĩe dñi dei noſtri inuocabimus. Jpſi obligati ſunt, ⁊ ceciderunt: nos aũt ſurreximus, ⁊ erecti ſumus. Dñe ſaluum fac regem: ⁊ exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Dñs vo. ⁊c. Sequentia ſancti Euange. ſm̃ Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Surgens Jeſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur ma-

gnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam
imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et continuo ſurgens miniſtra-
bat illis. Cum autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infir-
mos varijs languoribus, ducebant illos ad Jeſum. At ille ſin-
gulis manus imponens curabat eos. Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pr̄ ops̄, eterne deus, qui fragilitatez huma
ne cōditionis infuſa virtutis tue dignatione cōfirmas: vt
ſalutaribus remedijs corpora nr̄a ⁊ mentes vegetentur: ſuper
hunc famulū tuū ꝓpitius intende: vt oī neceſſitate corporee in-
firmitatis excluſa, grā in eo priſtine ſanitatis pfecta reparetur.
Per Chrm̄. ℟. Amen. ℣. Inclina dn̄e aurem. fol. 59. Dominus
vo. Sequentia ſancti Euange. ſm̄ Joann. ℟. Gloria tibi dn̄e.

In illo tp̄e: Erat dies feſtus iudeorū, ⁊ aſcendit Jeſus Jero
ſolymā. Eſt aūt Jeroſolymis ꝓbatica piſcina, q̄ cognomi-
natur hebraice Bethſaida, quinque porticus hn̄s. In his iace-
bat multitudo magna languentiū, cecorū, claudorū, aridorum,
expectantiū aque motū. Angelus aūt dn̄i ſm̄ tp̄s deſcendebat
in piſcinā: ⁊ mouebat aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinā
poſt motionē aque, ſanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmi
tate ſua. Erat aūt quidā homo ibi triginta ⁊ octo annos habēs
in infirmitate ſua. Hunc cū vidiſſet Jeſus iacētem, ⁊ cognouiſ-
ſet, quia multum iam tp̄s hr̄et, dixit ei: Vis ſanus fieri? R̄ndit ei
languidus. Dn̄e hoiem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua,
mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego, alius ante me de-
ſcendit. Dicit ei Jeſus: Surge, tolle grabatū tuū, ⁊ ambula. Et
ſtatim ſanus factus eſt hō, ⁊ ſuſtulit grabatum ſuum, ⁊ ambu-
labat. Erat aūt ſabbatum in illa die. Dicebant ergo iudei illi,
qui ſanctus fuerat. Sabbatum eſt: non licet tibi tollere graba-
tum tuum. R̄ndit eis. Qui me ſanū fecit, ille mihi dixit: Tolle
grabatū tuū, ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum: quis eſt il-
le homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuū, ⁊ ambula? Is autē,
qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus autē decli-
nauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Jeſus in
templo: ⁊ dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam amplius noli pec
care: ne deterius aliquid tibi contingat. Oremus. Oratio.

Reſpice dn̄e famulum tuū in infirmitate ſui corporis labo
rantem: ⁊ animā refoue quam creaſti: vt caſtigationibus
emendata

emendata, continuo, ſe ſentiat tua medicina ſaluatā. Per Chriſtum. ps. Qui habitat in adiuto. fol. 60. Aña. Media vita in morte ſumus: quem quęrimus adiutorem, niſi te dñe: qui pro peccatis noſtris iuſte iraſceris. Sancte Deus, ſancte fortis, ſancte ⁊ miſericors ſaluator, amarę morti ne tradas nos. ℣. Ne proijcias nos in tempore ſenectutis: cum defecerit virtus noſtra ne derelinquas nos dñe. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos dñe: ⁊ armis tuę potentię protege nos ſemper Deus noſter. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Aſpice dñe de ſede ſancta tua, ⁊ cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide tribulationem noſtrā. Sancte Deus ⁊c. Gloria. Sancte Deus ⁊c. Kyrieeleiſon, Chriſte elei. Kyrieelei. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Miſerere mei dñe, qm̄ infirmatus ſum. ℟. Sana me domine, qm̄ conturbata ſunt oia oſſa mea. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genetrix intercede pro nobis. ℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, infirmitatē famuli tui propitius reſpice: atque ad protegendum eum dexteram tuę maieſtatis extende. Oratio.

Concede hunc famulum tuum, quęſumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum miniſteria hominūque diſpenſas, ꝯcede propitius, vt a quibus tibi miniſtrātibus in cęlo ſemper aſſiſtit, ab his in terra vita nr̄a muniatur. Oro.

Deus, qui facturę tuę ſemper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris: ⁊ famulum tuū ī aduerſa valetudine ſui corporis laborantē placatus reſpice: ⁊ viſita ſalutari tuo: ⁊ cęleſtis grę pręſta ei medicinam. Per do.

 Com=

Completa vltima oratione ſacerdos vtranqꝫ manuꝫ ponat ſu-
per caput infirmi, τ dicat orationem de B. Uincētio, videlicet.
Super ęgros manus imponent τ bene habebunt. Jeſus
Marię filius, mundi ſalus τ dominus meritis beati Uin-
centij confeſſoris ſui ſit tibi clemēs τ propitius. Amen. Poſtea
dicat. Initium ſancti Euangelij ſecundum Joannem.

Hãc ora-
tionem
Febrici-
tãtibus
valere
certum
eſt.

In principio erat verbum, τ verbum erat apud Deum: τ
Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipſum facta ſunt: τ ſine ipſo factum eſt nihil quod
factum eſt. Jn ipſo vita erat: τ vita erat lux hominum. Et lux
in tenebris lucet: τ tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit
homo miſſus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in te-
ſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt omnes
crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium per-
hiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem homi-
nem venientem in hunc mundum. Jn mundo erat, τ mundus
per ipſum factus eſt: τ mundus eum non cognouit. Jn propria
venit: τ ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt
eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in no-
mine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate car-
nis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum
caro factum eſt: τ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam
eius: gloriam quaſi vnigeniti a patre: plenum gratię τ veri-
tatis. Poſtea ſubiungat dicens.

Dominus Jeſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: intra
te ſit, vt te cōſeruet: ante te ſit: vt te deducat: poſt te ſit, vt
te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te bene ✠ dicat: qui cuꝫ patre, τ ſpū
ſancto in vnitate perfecta viuit τ regnat in ſecula ſeculorum.
Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, τ fi ✠ lij, τ ſpiritus
✠ ſancti deſcendat ſuper te, τ maneat ſemper. ℟. Amen.
Prędicta oratio ſuper infirmos poteſt abbreuiari ad libitum.

## ❡ De petitionibus faciendis infirmo morienti valde vtilibus. Cap. 13.

Solent frequenter a perſonis ſecularibus ex deuotio-
ne aduocari ſacerdotes: vt aſſiſtant morientibus.
Jdeoqꝫ taliter aduocati poterūt in tali tpe infraſcri-
ptam formā ſeruare, vel aliam, vt eis viſum fuerit ex-

primo

primo ingredientes cameram infirmi dicant. Pax huic domui.
R. Et oĩbus habitantibus in ea. Poſtea accedentes ad infir
mum, eum dulciter ſalutent, ⁊ conſolentur. Et ſi viderint eum
morti proximũ, ſi tñ adhuc ſit capax rationis, hortentur ad ple
nam ſubiectionem ſui ipſius diuine ⁊ bonitati ⁊ voluntati. Et
cum viderint eum paratum ad moriendum, ſacerdos petat ab
eo infraſcriptas petitiones per ordinem, moroſe ⁊ diſtincte, vt
eas infirmus percipere poſſit, vcꝫ. Sacerdos. Credis oẽs arti
culos fidei, ⁊ totam ſacram ſcripturam, ſm̄ expoſitionẽ ſancto
rum doctorũ ⁊ catholicorum? Rñdeat infirmus. Credo. Sacer
dos. Deteſtaris tu, ⁊ reprobas oẽs hereſes, ⁊ ſuperſtitiones a
ſancta mr̄e eccl'a catholica dãnatas, ⁊ reprobatas? Rñdeat
infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide dñi noſtri
Jeſu Chrĩ? Rñdeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoſcis
te multũ offendiſſe dñm deũ creatorem tuũ, a quo tanta benefi-
cia recepiſti, ⁊ a quo habes quicquid boni habes? Rñdeat in-
firmus. Cognoſco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offen-
ſa contra dñm deum, teipſum, ⁊ proximum tuũ, qualitercunqꝫ
commiſſa? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de oĩ
negligentia, ⁊ omiſſione bñ operandi, ⁊ de ꝯtemptu gratiaruꝫ
a dño deo tibi datarum? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos.
Doles de hoc, non timore mortis, vel cuiuſcũqꝫ pene, ſed ſoluꝫ
ex conſideratione offenſe diuine bonitatis, quam offendiſti?
Rñdeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos. Deſideras recorda-
ri oĩuꝫ peccatoruꝫ tuoruꝫ oblitorũ, vt de ipſis habere poſſis ſpe
cialem contritionem, ⁊ dolorem, ⁊ pñiam? Rñdeat infirmus.
Deſidero. Sacerdos. Proponis de cetero, ſi deo placuerit te
de hac egritudine ſanatum, deinceps toto tempore vite tue ca
uere a peccatis mortalibus, ⁊ vitã tuã mutare: ⁊ potius quod-
cunqꝫ dãnuꝫ tpale, ⁊ corporalem mortem ſuſtinere, q̃ȝ de cete-
ro deum per peccatum mortale offendere? Rñdeat infirmus.
Propono. Sacerdos. Rogas deum, vt te in hoc ſancto pro-
poſito conſeruet? Rñdeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis
oĩbus inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi vel tuis in aliquo
nocuerunt, amore dñi dei tui, a quo etiã tu veniã tuoruꝫ pctõ-
ruꝫ petis, ⁊ hoc non ſolum verbo, ſed corde, ⁊ firma voluntate?
Reſpondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Vis omnia integre

reſtitueres illis a quibus acquiſiuiſſes, accepiſſes, vel habuiſſes
per te vel per alios iniuſte ⁊ indebito modo, ⁊ per hoc totã fa
cultatem tuam, ſi aliter ſatisfacere non poſſes exponere, ⁊ eidẽ
renunciare? Rñdeat infirmus. Volo: ⁊ paratus ſum. Sacer-
dos. Credis non proprijs meritis, ſed paſſionis dñi noſtri Je-
ſu Chriſti virtute, ⁊ merito ad gloriam peruenire? Rñdeat in-
firmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dñs noſter Jeſus Chri-
ſtus pro noſtra ſalute mortuus ſit: ⁊ ꝙ ex proprijs meritis, vel
alio modo nullus poſſit ſaluari, niſi in merito paſſionis eius?
Rñdeat infirmus Credo. Sacerdos. Redde ei gratias toto
corde: quantum potes: ⁊ te ipſius paſſioni recommenda: ⁊ ip-
ſam corde cogita, ⁊ ore quantum potes nomina. Rñdeat infir-
mus: Reddo. Sacerdos. Doles ꝙ non potes recordari de om-
nibus peccatis tuis, quibus dñm deum offendiſti, in quocunque
loco, ⁊ cum qualicunque perſona, que ſi recordareris, confite-
reris integraliter? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Do-
les, ꝙ poſtquã veniam de peccatis tuis a dño Deo conſecutus
es: recidiuans reuerſus es ad eadem, vel ſimilia, vel maiora
peccata? Reſpondeat infirmus Doleo. Sacerdos. Si occur-
rerit tibi diabolus, ei ſemper appone merita paſſionis Chriſti.
Rñdeat infirmus Apponã. Sacerdos. Si te tentauerit de fide,
dicas te omnia credere, ⁊ confiteri, que credit, ⁊ confitetur ſan-
cta catholica ⁊ apoſtolica eccleſia. Rñdeat infirmus Dicam.
Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te ſm̃ tua peccata iudicare,
dicas: Dñe Deus, ego pono mortem dñi mei Jeſu Chriſti in-
ter me ⁊ iudicium tuum: ⁊ quamuis meruerim eternam mor-
tem propter peccata mea, interpono tamen meritum paſſionis
eiuſdem loco meriti, quod ego miſer deberẽ hẽe, ⁊ non habeo.
Item dñe pono eandẽ paſſionem ⁊ mortẽ dñi mei Jeſu Chri-
ſti inter me ⁊ iram tuam: ⁊ in manus tuas dñe commendo ſpi-
ritum meum. Rñdeat infirmus. Dicam. Non erit deſperan-
dum, vel dubitandum de ſalute illius, qui ſuprapoſitas petitio-
nes corde crediderit, ⁊ ore confeſſus fuerit. Finitis predictis pe-
titionibus cum ceperit in agone mortis infirmus certare, po-
terunt legi infra poſite paſſiones omnes, vel alique ipſarum,
ſicut neceſſe fuerit, ⁊ ẽt repeti. Et cum viderint infirmum ſignis
euidentibus morti proximum, intermittentes paſſiones, faciãt
recom-

recommendationem animę: vt infra fol. 170. Prius tamen in-
firmus facere debet ſequentes proteſtationes.

¶ De proteſtationibus faciendis a moriente. Cap. 14.

¶ Prima proteſtatio.

In nomine ſanctiſſimę trinitatis, patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſā
cti, Ego N. proteſtor coram te ſanctiſſime angele dei diui
na pietate ex vtero matris mihi deputato: ⁊ corā te patre meo
N. ⁊ coram oībus vobis circunſtantibus: ꝙ in ea vera fide ca-
tholica, quaꝫ ſancta Romana ⁊ apoſtolica profitetur eccleſia,
⁊ in qua oēs deceſſerunt ſancti, mori deſidero, ⁊ volo: Nec ad
momentum temporis diutius uiuere affecto, niſi quantum di-
uinę placuerit pietati, cui in omnibus ꝯformiter meam ſubijcio
voluntatem.

¶ Secunda proteſtatio.

¶ Item proteſtor, ꝙ ſub tua angelica protectione, ⁊ adiutorio
diuinę gratię diſcedam: ⁊ ſic mori intendo abſqꝫ oī deſperatio
ne ⁊ fidei dubitatione: ita ꝙ neqꝫ magnitudo, nec numeroſitas
meorū peccaminū in barathrum deſperationis me immergere
debent: cum ſciam, ⁊ veraciter credam vnaꝫ deifici ſui ſangui-
nis guttaꝫ in ara crucis effuſam, ſuffeciſſe in redemptionem to
tius humani generis, ſi ita placituꝫ fuiſſet diuinę pietati.

¶ Tertia proteſtatio.

¶ Proteſtor ꝙ in caſu, vbi ex puſillanimitate ſpiritus propter
tremenduꝫ diuinuꝫ iudiciuꝫ, cui aſtare habeo, aut demonis tē-
tatione, ſeu debilitate rationis (quod deus auertat) aliquaꝫ in-
ciderem deſperationem, aut fidei dubitationē, hoc ipſum pro
nunc ſana mente exiſtens reuoco, caſſo, ⁊ pro non tali facto ha
bere volo, eo ꝙ non aīo ſano ⁊ deliberato hoc ipſuꝫ eueniet, ſub
mittens me totaliter diuinę pietati.

¶ Quarta proteſtatio.

¶ Proteſtor ēt, ꝙ cum diuina miſericordia nulli peccatori cō-
trito ⁊ ꝯfeſſo remiſſionem ſuorū peccaminū denegat eaꝫ deſide-
ranti, ꝙ eandē miſericordiā ⁊ remiſſioneꝫ mihi impertiri velit,
toto corde deſidero: ⁊ peto illā conſequi per merita amariſſimę
ſuę mortis, ⁊ virtutē precioſiſſimi ſanguinis ſui ꝓ me effuſi, in
ligno ſanctiſſimę crucis, ⁊ per merita ⁊ preces ſanctiſſimę ſuę
matris, ⁊ omnium ſanctorum Angelorum, ⁊ electorum.

¶ Quinta proteſtatio.

¶ Proteſtor etiam ſuper hanc petitioneꝫ, humili prece porre-
ctam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etam, vt diuina pietas me ſuſcipere velit in numerum eorum
hominuz, quos ab ęterno pręordinauit, in extremo iudicio eſſe
ſaluandos: ſi, ⁊ in quantum pro meis peccatis exigentibus
tandiu pęnas purgatorias ſubſtinere debeam, dummodo in
ęternum non ſecludar a ſua pietate. ¶ Commendatio.

HIs proteſtationibus pręmiſſis ſanctiſſime angele Dei tibi
extremam meam volũtatem ⁊ affectionem pro teſtamento ani
męmeę cõmendo, tria mihi ex teſtamẽto ſaluatoris miſericor-
diter impertiri rogans. Primo vnũ lacrymoſum intuituz ⁊ do
loroſum ſuſpiriuz: ex innumeris quos in cruce pendens tribus
horis viuus habuit ad mitigandum doloroſos meos ſingultus
⁊ gemitus, ⁊ ſuſpiria, quibus nũc premor. Et vt ipſa mater om-
nis gratię mecum condiſcendere velit vnicuz cordis ſui virginei
gemitum doloroſumque ſuſpirium ac lacrymoſum intuitum, ex
innumeris, quos ſub cruce ſtando ſuſpirijs ⁊ lacrymis habuit,
filiuz vt redemptorẽ humani generis intuendo: Suſcipiẽdo me
in numeruz eorũ peccatorũ, qui veniã ⁊ ſalutem ad minus in extre-
mo iudicio per ſua ſanctiſſima merita ⁊ preces ꝯſequũtur. Se-
cundo ſuccurrat tua angelica pietas: vt qñ miſerum cor meum
ſcindetur, ⁊ aĩa mea miſera a corpore ſeparabitur, tunc inueniã
placabilẽ iudicem: intuitu illius diuinę charitatis, in qua amo
roſum cor ſuum ſcindebatur in cruce pro ſalute mundi: ⁊ ſua di
uiniſſima aĩa a diuiniſſimo corpore ſeparabat. Ultimo ſanctiſſi
me angele Dei, cõmendo tibi extremam horã vitę meę: vt exi-
tum aĩę meę gubernando, ⁊ ab hoſtibus ſalutis me protegen-
do ſuper has proteſtationes velis eſſe, vbi ⁊ quoties opus fue-
rit contra omnia pericula ſalutis, fidelis teſtis, ⁊ protector.

¶ Iſti ſunt tres Pater noſter. ⁊ tres Aue Maria. cum tribus
orationibus, quę debent dici pro animabus morientium om-
nium: ⁊ multum eis prodeſt, ſi dicantur deuote. Cap. 15.

¶ Primus Pater noſter. Kyrieelei. Chriſteelei. Kyrieeleiſon,
Pater noſter. in memoria agonię Domini noſtri Ieſu Chriſti,
Aue Maria gratia plena, Dominus ⁊c. Oratio.

O Domine Ieſu Chriſte per agoniam, ⁊ orationem tuaz ſanctiſſi-
mam, qua oraſti pro nobis in monte oliueti: qñ factus eſt
ſudor tuus ſicut guttę ſanguinis decurrentis in terraz, obſecro
te, vt multitudinẽ ſudoris tui ſanguinei, quẽ prę timoris tui an-
guſtia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guſtia copioſiſſime ꝓ nobis effudiſti, offerre ⁊ oſtendere digne-
ris dei patri omnipotenti, contra multitudinem omnium pec-
catorum huius famuli tui: ⁊ libera eum in hac hora mortis ſue
ab omnibus anguſtijs ſuis, quas pro peccatis ſuis ſe timet me-
ruiſſe. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula
ſeculorum. Amen. ¶ Secundus Pater noſter. Kyrielei-
ſon. Chriſte eleiſon. Kyrieleiſ. Pater noſter. in memoria om-
nium paſſionum domini noſtri Ieſu Chriſti, ⁊ Aue Maria gra-
tia plena, Dominus tecum. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in
cruce, obſecro te, vt omnes amaritudines paſſionū ⁊ pe-
narum tuarum, quas pro nobis miſeris peccatoribus ſuſtinui-
ſti in cruce, ⁊ maxime in illa hora, quando ſanctiſſima anima
tua egreſſa eſt de corpore tuo ſanctiſſimo, offerre ⁊ oſtendere
digneris Deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui:
⁊ libera eum in hac hora mortis ab omnibus peccatis ⁊ paſ-
ſionibus, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum pa-
tre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum.

¶ Tertius Pater noſter dicitur in memoria ineffabilis cha-
ritatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Kyrieleiſon. Chriſte elei-
ſon. Kyrieleiſon. Pater noſter, qui es in celis; ſanctific. ⁊c.
Aue Maria gratia plena Dominus. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte: qui per os prophete dixiſti, In cha-
ritate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui: ob-
ſecro te: vt eandem charitatē tuam, que te de celo ad terrā, ad
tolerandas oīum paſſionum tuarum amaritudines attraxit,
offerre, ⁊ oſtendere digneris deo patri omnipotenti pro anima
huius famuli tui: ⁊ libera eum ob omnibus paſſionibus, ⁊ pe-
nis, quas pro peccatis ſuis timet ſe meruiſſe: ⁊ ſalua aīam eius
in hac hora exitus ſui in gloria eterna. ⁊ tu piiſſime dn̄e Ieſu
Chriſte qui redemiſti nos precioſiſſimo ſanguine tuo, miſerere
anime huius famuli tui: ⁊ eum introducere digneris ad ſem-
per virentia, ⁊ amena loca paradiſi: vt viuat ibi amore inuiſibi-
li, qui a te ⁊ ab electis tuis ſeparari nunquam poteſt. Qui cum
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in trinitate perfecta per
infinita. ⁊c. ℟. Amen. ¶ Poſtea ſi adhuc vixerit ſubiungende
ſunt infraſcripte orationes cum totidem. Aue Maria.

## ¶ Orationes dicende in agone mortis ad beatam virginem Mariam. Cap. 16.

### ¶ Prima oratio.

MEdiatrix dei ⁊ hominū, fons miſericordie indeſinenter effundens riuos copioſe gratie, Maria te rogo dulciſſima mr̄ dn̄i noſtri Jeſu Chriſti per illā perturbationē, quaȝ habuiſti in corde tuo piiſſimo, tunc ⁊ deinceps cū Simeon ſanctus ſenex prophetando diceret: tuā ipſius aiaȝ pertranſibit gladius: vt petas quatenus idē benedictus filius tuus de largiſſima clementia ſua donet huic famulo tuo per candeȝ perturbationem tuā, indulgentiaȝ oīuȝ pctōruȝ ſuorū. Et vt euȝ liberet ab oībus malis preteritis, preſentibus, ⁊ futuris. Amen. Aue Maria.

### ¶ Secunda Oratio.

¶ Auxiliatrix dei ⁊ hominū, ⁊ pacis eterne condimentū Maria te interpello ſpecioſiſſima regina celi, ꝑ illā doloroſaȝ perturbationē quā habuiſti in corde tuo benigniſſimo: pro eo φ filium tuū amantiſſimū per triduū amiſeras: vt roges eum quatenus ipſe pp eandem turbationem tuam huic famulo tuo dignetur dare plenam cognitionē, perfectaȝ contritionē, ⁊ purā confeſſionē, ſpem firmā, certam ſecuritatē a deo nunφ ſeparandā: ⁊ ita perfectū ⁊ verū amorem: vt cū illo amore tantā mereatur mercedē i celo acquirere: ac ſi ei multis annis cū perfectione ſanctiſſime vite diligentius ſeruiuiſſet. Amen. Aue Maria.

### ¶ Tertia oratio.

¶ Reparatrix debilium, ⁊ vulnerate aīe efficaciſſima medicina Maria te peto glorioſa dn̄a per illā perturbationē, quā habuiſti in corde tuo clementiſſimo, pro eo φ perfidi iudei captiuauerunt ⁊ detinuerunt deſiderabilē vnigenitū vteri tui filium: de quo cognouiſti in ſpiritu, φ volebat, ⁊ φ pati debebat pro ſalute humani generis: quatenus deprecceris eundem filium propitiatorē ſeculi: vt ipſe propter eandē turbationem tuaȝ de omni captiuitate, ⁊ ab oī tribulatione corporis ⁊ aīe anguſtiarū ⁊ periculorū, ⁊ tētationibus demonū famulū tuū clementer eripiat: ⁊ ab oībus malis in perpetuum tueat. Amen. Aue Maria.

### ¶ Quarta oratio.

¶ Illuminatrix cecorū: ⁊ lucerna ſalutifere gratie Maria te flagito dulciſſima dn̄a mr̄ dei, per illā turbationē tuam, quam habuiſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habuiſti in corde tuo propitiatiſſimo, pro eō quod amantiſſimus filius tuus a Iudęis crudeliſſimis in conſpectu tuo, cum clauis acutiſſimis ſine omni miſeratione viuificę crucis patibulo fuit affixus: vt poſtules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam ignem veri amoris, cum igne amoris ⁊ paſſionis ſuę in corde huius famuli tui accedant: quo ipſe ſummus ſacerdos ligno crucis ipſum ſubijciat, nutriat, ⁊ in altari cordis eius iugiter ardeat, ⁊ flammeſcat: vt in commemoratione ſuę ſanctiſſimę paſſionis ⁊ mortis, eiuſdem ſacratiſſimę paſſionis ſuę non obliuiſcatur. Et ſi ex infirmitate valida, vel ex alia cauſa quacunque impediente, memor eſſe nequiuerit: per eundem acerbę paſſionis ſuę dolorem in hora mortis ſuę ex multiplici miſericordia tua tantam mercedem in cęlis percipere mereatur: ac ſi omnes dies ſuos conſumpſiſſet in memoria ſuę ſacratiſſimę paſſionis. Amen. Aue Maria.

¶ Quinta oratio.

Aduocatrix omnium peccatorum: quos damnabiliter moles vitiorum deprimit, finiſque noſtrę miſerię Maria te deprecor, venerabiliſſima mundi domina, per illam intolerabilem turbationem, quam habuiſti in corde tuo benigniſſimo in illa hora, cum filius tuus cunctis deſideratus gentibus, ac omnibus vere amabilis de cruce depoſitus cum recentibus vulneribus, ⁊ proprio ſanguine rubricatus datus fuit a Ioſeph in ſinum tuum, qui eſt corona iocunditatis omnium beatorum in cęli ſolio: vt propter eandem perturbationem tuam: ipſe famulum ſuum pręuenire dignetur abundantia gratiarum ſuarum, ⁊ copioſę miſericordię ſuę: vt det corpus ſuum, ⁊ animam ſuam in poteſtatem tuam, ⁊ in ſinum pijſſimę miſericordię tuę: quam cunctis deuote poſtulantibus clementer aperis in ęternum. Et ad illud ſignum gemebundum ſic eum recipi affectuoſiſſime deprecor propter illum dulciſſimum infantulum tuum candidum, ⁊ rubicundum, electum ex millibus: Qui theſaurus totius felicitatis tuę extitit ⁊ eſt: Quem in ſinu tuo delicatiſſimo proprijs lactaſti vberibus: vt in pręſenti vita, ⁊ pręcipue in extremis ſuis te videre mereatur cum gaudio: ⁊ tuę miſerationi gratias agere valeat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Litania pro infirmo moriente.

¶ Ordo commendationis animę. Cap. 17. Prius fiant litanię breues. Si autem ſit femina dicatur Pro ea.

K. Yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon.
S ancta Maria ora pro eo.
O mnes ſancti angeli ⁊ archangeli orate pro eo.
O mnis chorus iuſtorum orate pro eo.
S ancte Abraham ora pro eo.
S ancte Joannes baptiſta ora pro eo.
O mnes ſancti patriarchę ⁊ prophetę orate pro eo.
S ancte Petre ora pro eo.
S ancte Paule ora pro eo.
S ancte Andrea ora pro eo.
S ancte Bartholomęe ora pro eo.
O mnes ſancti Apoſtoli ⁊ Euangeliſtę orate pro eo.
O mnes ſancti Innocentes orate pro eo.
S ancte Stephane ora pro eo.
S ancte Laurenti ora pro eo.
S ancte Clemens ora pro eo.
S ancte Uincenti ora pro eo.
O mnes ſancti Martyres orate pro eo.
S ancte Silueſter ora pro eo.
S ancte Gregori ora pro eo.
S ancte Nicolae ora pro eo.
S ancte Auguſtine ora pro eo.
O mnes ſancti Pontifices ⁊ Confeſſores orate pro eo.
S ancte Benedicte ora pro eo.
S ancte Bernarde ora pro eo.
S ancte Dominice ora pro eo.
S ancte Franciſce ora pro eo.
O mnes ſancti Monachi ⁊ Eremitę orate pro eo.
S ancta Maria Magdalena ora pro eo.
S ancta Lucia ora pro eo.
S ancta Catherina ora pro eo.
S ancta Cecilia ora pro eo.
O mnes ſanctę virgines ⁊ viduę orate pro eo.
O mnes ſancti ⁊ ſanctę dei orate pro eo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Propitius eſto libera eum dñe.
Ab ira tua libera eum dñe.
A mala morte libera eum dñe.
A pęnis inferni libera eum dñe.
A poteſtate diaboli libera eum dñe.
Ab omni malo libera eum dñe.
Per mortem tuam libera eum dñe.
Per ſanctam reſurrectionem tuam libera eum dñe.
Per mortem ⁊ ſepulturam tuam libera eum dñe.
Per ſanctam crucem tuam libera eum dñe.
Per admirabilem aſcenſionem tuam libera eum dñe.
Per gratiam ſpiritus ſancti paracliti libera eum dñe.
In die iudicij libera eum dñe.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut ei parcas te rogamus audi nos.
Ut ei indulgeas te rogamus audi nos.
Ut ad veram pęnitentiam eum perducere digneris te rog.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

¶ Deinde pro vicino morti, cum in agone ſui exitus anima viſa fuerit anxiari, dicantur hę orationes.

¶ Commendatio animę ante mortem.

PRoficiſcere anima chriſtianā de hoc mūdo, In nomine dei patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Jeſu Chri filij Dei viui, qui ꝑ te paſſus eſt: In noīe ſpiritus ſancti, qui in te fuſus eſt: In noīe angelorū ⁊ archangelorum: In nomine thronorum, ⁊ dñationum: In nomine principatuū ⁊ poteſtatum: In nomine cherubim ⁊ ſeraphim: In nomine patriarcharum ⁊ prophetarum: In nomine ſanctorum apoſtolorum: In nomine ſanctorum martyrum ⁊ confeſſorum: In nomine ſanctorum monachorum ⁊ eremitarum: In nomine virginum ⁊ omnium ſanctorum, ⁊ ſanctaruꝫ Dei. Hodie ſit in pace locus tuus: ⁊ habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

DEus miſericors, Deus clemens, Deus, qui ſm multitudinem miſerationum tuarum pęccata penitentiuꝫ deles, ⁊ pręteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas, reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum N. ⁊ remiſſionem

sibi

ſibi omniũ peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcen-
tem deprecatus exaudi. Renoua in eo piiſſime pater quicquid
terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude
violatum eſt: ⁊ vnitati corporis eccleſie membrum redemptio-
nis annecte. Miſerere domine gemituum, miſerere lacryma-
rum eius: ⁊ non habentem fiduciam niſi in tua miſericordia,
ad tue ſacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum
dominum noſtrum. Qui tecum. ℟. Amen. Oratio.

Commendo te omnipotenti Deo chariſſime frater, vel ſo-
ror, ⁊ ei cuius es creatura committo: vt cum humanitatis
debitum morte interueniente perſolueris, ad authorem tuum,
qui te de limo terre formauerat, reuertaris. Egredienti itaque
anime tue de corpore ſplendidus angelorum cetus occurrat.
Iudex Apoſtolorum tibi ſenatus occurrat. Candidatorum tibi
martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium
te confeſſorum turma circũdet. Iubilantium te virginum cho-
rus excipiat: ⁊ beate quietis in ſinu patriarcharum te comple-
xus aſtringat. Mitis atque feſtiuus Chriſti Ieſu tibi conſpectus
appareat, qui te inter aſſiſtens ſibi iugiter intereſſe decernat.
Ignores omne quod horret in tenebris, quod ſtridet in flam-
mis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas
cum ſatellitibus ſuis: in aduentu tuo te comitantibus ange-
lis contremiſcat: atque in eterne noctis chaos immane diffu-
giat. Exurgat Deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui
oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: ſicut
fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei. Et iu-
ſti epulentur, ⁊ exultent in conſpectu Dei. Confundantur igi-
tur ⁊ erubeſcãt omnes tartaree legiones, ⁊ miniſtri ſatane iter
tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Chriſtus,
qui pro te crucifixus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui
intra paradiſi ſui ſemper amena vireta, ⁊ inter oues ſuas te ve-
rus ille paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te ab-
ſoluat, atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte
conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas: ⁊ pre-
ſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimã beatis oculis aſpicias ve-
ritatẽ. Cõſtitutus igit̃ inter agmina btõrum ꝯtemplationis di-
uine dulcedine potiaris in ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. Alia ora.

S uſcipe

Suſcipe dñe animā famuli tui in locum ſperandę ſibi ſalutionis miſericoꝛdia tua. ℞. Amen. Libera dñe animā famuli tui ex omnibus periculis infernoꝛum, ⁊ de laqueis pęnarum, ⁊ ex oībus tribulationibus. ℞. Amen. Libera aiaʒ famuli tui, ſicut liberaſti Enoch, ⁊ Eliam de cōi moꝛte mundi. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Abraham de hur caldęoꝛuʒ. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Job de paſſionibus ſuis. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, ⁊ dę manu pris ſui Abrahę. ℞. Amen. Libera dñe aiaʒ famuli tui, ſicut liberaſti Loth de ſodomis, ⁊ de flamma ignis. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Aegyptioꝛū. ℞. Amē. Libera dñe aiaʒ famuli tui, ſicut liberaſti Danielē de lacu leonuʒ. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, ⁊ de manu regis iniqui. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. ℞. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, ſicut liberaſti Dauid de manu regis Saul, ⁊ de manu Golię. ℞. Amen. Libera dñe aiaʒ famuli tui, ſicut liberaſti Petrū ⁊ Paulū de carceribus. ℞. Amen. Et ſicut beatiſſimā Teclā virginē ⁊ martyrē de tribus toꝛmentis atrociſſimis liberaſti, ſic liberare digneris aiam huius famuli tui: ⁊ tecū facias in bonis congaudere cęleſtibus. ℞. Amen. Alia Oꝛatio.

Commendamus tibi dñe animā famuli tui N. precamurque te dñe Jeſu Chriſte ſaluatoꝛ mundi: vt eam pp quam ad terram miſericoꝛditer deſcendiſti, patriarcharum tuoꝛuʒ ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce dñe creaturam tuaʒ non ex dijs alienis creatam, ſed a te ſolo deo viuo ⁊ vero: quia non eſt deus alius preter te: ⁊ non eſt ſm opera tua. Letifica dñe animam eius in conſpectu tuo: ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarum, ⁊ ebrietatum, quas ſuſcitauit furoꝛ ſiue feruoꝛ mali deſiderij. Licet enim peccauerit, tamen patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctum non negauit, ſed credidit: ⁊ zelum dei in ſe habuit: ⁊ deum qui fecit omnia adoꝛauit. ℞. Amen. Alia Oꝛatio.

Delicta iuuentutis ⁊ ignoꝛantias eius ne memineris, qs dñe: ſed ſm magnā miſericoꝛdiam tuaʒ memoꝛ eſto illius

in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi: collectētur illi angeli: in regnum tuum dñe ſeruum tuum ſuſcipe. Suſcipiat eũ ſanctus Michael archāgelus dei, qui militie celeſtis meruit principatum. Ueniant illi obuiaʒ ſancti angeli dei: ⁊ perducant eũ in ciuitatem celeſtem Jeruſaleʒ. Suſcipiat eum beatus Petrus apoſtolus, cui a deo claues regni celeſtis tradite ſunt. Adiuuet eum ſanctus Paulus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Joannes electus dei apl's ⁊ euangeliſta: cui reuelata ſunt ſecreta celeſtia. Orent pro illo oẽs ſancti apl'i: quibus a dño data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti ⁊ electi dei: qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſeculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni celeſtis. Preſtante domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum patre ⁊ ſpiritu ſan. ⁊c.

## ¶ De tentationibus, in quibus homo tentatur a diabolo in exitu anime ſue: ⁊ de remedijs ad expellendas eas. Cap. 18.

Beatus Gregorius dicit, ꝙ antiquus hoſtis. ſ. diabolus multipliciter conatur tentare quemlibet chriſtianuʒ maxime in articulo mortis. Et inter alia ſpecialiter de tribus dicit, ꝙ qñ in illa agonia homo laborat in extremis, ⁊ iam amiſit viſuʒ corporalem ⁊ auditum, tunc diabolus preparat graues tentationes. Et primo tentat de fide, preparando diuerſas imaginationes. Hoc qñ fit, vel credit veriſimiliter tale fieri, vt dicit beatus Auguſtinus, ſtatim debet homo firmiter cogitare, ꝙ tẽtatio eſt diabolica: ⁊ debet hõ dicere in corde ſuo, licet non poſſit ore.

¶ Dñe Jeſu Chriſte ego verus catholicus ſum, ⁊ credo aĩa, ꝗ credit, ⁊ tenet ſctã eccleſia Ro. ⁊ in iſta fide volo mori. Et tunc inimicus recedit ꝯfuſus. Uerũtñ ſtatim inimicus eſt preparatus cũ alia tentatione. ſ. de pctõ deſperationis, ita ꝙ tunc reducuntur ei ad memoriã multa pctã, que hõ cõmiſit: ⁊ ſpãliter qñ hõ habet aliqua per obliuionẽ inconfeſſa. Et tũc hõ incipit turbari, ⁊ titubare, ⁊ cogitare qũo ipſe poſſet ſaluari: ⁊ reputabit quaſi impoſſibile. Unde dicit ideʒ, ſtatim debet homo cogitare hanc eſſe tentationem diabolicam: ⁊ debet dicere in corde ſuo.

¶ Domine Jeſu Chriſte tu effudiſti ſanguinem tuum in cruce propter peccata noſtra, placeat tibi ꝙ merita ſancte paſſio-

nis

nis tue deleant peccata mea, de quibus recordatus fui, ⁊ ꝯfeſſus ſum: ⁊ de alijs meritum paſſionis tue ſuppleat. Hoc dicto, ſtatiꝫ tentatio recedit. Videns diabolus, ꝙ non pōt hīc victoriā ꝑ iſtos modos, vt dicit ideꝫ, apparet ei in pulcherrima figura dicens. Ego ſum Chr̄s creator ⁊ redemptor tuus: me ergo adora: Unde dicit idē, ꝙ hic debet eſſe hō valde cautus, ⁊ nō credat ſibi: ſed dicat: Si tu es Chriſtus ille qui aſſumpſit carneꝫ de virgine Maria, ⁊ natus eſt ex ipſa remanēte virgine, ⁊ fuit paſſus in cruce vſqꝫ ad mortem ꝑꝑ peccata noſtra: ⁊ deſcendit ad inferos ad liberandū ſanctos pr̄es, ⁊ reſurrexit tertia die: ⁊ aſcēdit ad celū die aſcenſionis, ⁊ in die iudicij debet venire ad iudicandū viuos ⁊ mortuos: Si tu es ille, ego te adoro: aliter non adoro. Tunc diabolus videns ſe oīno victum ⁊ confuſum, recedit penitus, ⁊ amplius non reuertitur ad tentanduꝫ. Poſtmodū iſte talis, qui iſtis reſiſtit, ⁊ vincit tentationes diabolicas, habet ꝯſolationem cum angelis, ⁊ expectat coronam de victoria.

¶ Sequentes orationes dicende ſunt ſuper agonizante in trāſitu deuote moroſe, ⁊ intelligibiliter, vt infirmus audire poſſit Oremus. Oratio. Cap. 19.

O Sancta trinitas pater, fili, ⁊ ſpūs alme, oēs eterne Deus tua immenſa attracti ac moti pietate, pro aīa famuli tui N. nunc in extremis laborantis, te deprecari compellimur. ⁊ ipſam ſacratiſſime dn̄e tue piiſſime omnipotentie cōmendamus, vt illam ab inſidijs, aſpectu quoqꝫ ⁊ terrore demonuꝫ cuſtodiēdo tuearis: ne fidē repente perdens quaꝫ tenuit, peſſime deſperationis labatur in foueam: ne diffidentie tentationibus cedat, ne preteritorum ſcelerū recordatione deſperet. Exaudi rex glorioſe ꝑ tuā ſuauiſſimā ⁊ clementiſſimaꝫ bonitatē pro ea interpellantes. Exaudi (inquā) per orationes patriarcharū, per merita prophetarū, per ſuffragia apl̄oruꝫ, per victoriā martyrū, ꝑ fidē ꝯfeſſorū, per virginū puritatē, per deuotā interceſſionē omniū, qui tibi ab initio placuerunt, ⁊ tecū modo regnantes inexcogitabili felicitate letantur. Ab ipſa dn̄e iactantiaꝫ repelle: tribue cōpunctionem, ſuſcita fletū, cor eius mollifica, ab oībus inſidijs inimici illaꝫ tuere, fidei tue lumine ꝯfirma, gr̄e tue infunde charitatē: vt in te rex oīpotens, ⁊ in tua pietate ꝯfidens omniū culparū vera contritione ab intimis viſceribus ꝯcutiatur.

Clementiſſime dñe oīa iniqua deſidera ab illa reſcinde, ignea tela diaboli extingue, largire fontem lacrymarum, quibus iniquitatum ſuarum tergat maculas, vincula diſrumpat. Fac eaȝ dñe ſalubriter petere, audire quę petit, atque celeriter exaudi. Si pie reſpicis, viuet: ſi deſpexeris, perijt. Si iuſtitia vteris, ante oculos tuos mortua fętet: ſi miſericorditer, vt tuam bonitatem decet, aſpexeris, a deſperationis barathro reuocatur. Reſpice dñe ſancte, pr̄ dilecti filij tui vulnera ⁊ cruorem. Dñe Jeſu Chr̄e rex pijſſime, qui veniſti redimere perditos: noli dānare redemptos. Da illi dñe cor piuṁ, quod te timeat: ſenſum vigileȝ, qui te intelligat: ſimplicē oculū ⁊ intentionē rectā, qua te ſequatur. Dñe Jeſu Chr̄e fili pr̄is miſericordiaruȝ, ⁊ reginę miſericordię glorioſę virginis Marię, aīę huius famuli tui miſerere: ⁊ eā de maieſtatis tuę ſede clementer aſpiciens, ab illa repelle tenebras, ⁊ eā ſplendoribus tuę claritatis illuſtra. Clemētiſſime dñe Jeſu a tua pietate culparū eius remiſſionē humiliter petimus, qui deo pr̄i mundum tuo cruore gratum reddidiſti. O fons pietatis nō ꝯſueuiſti eſſe crudelis: Tuę dilectiſſimę genitricis preces ne ſpernas. O glorioſa regina mundi Maria: virgo pulcherrima: virgo miſericors, quę genuiſti regem velut roſa decora, illos tuos miſericordes oculos ad ſeruū tuum N. miſericorditer ꝯuerte: tu quę pctōrum aduocata prędicaris: prima eorū ſpes: quę nulli claudere potes ſinū tuę pietatis. O miſericordię mr̄: ecce tp̄s patrocinandi, qn̄ famulus tuus N. iudicē iratū ſentiens protectionis tuę gr̄aȝ efflagitat. Eia ergo aduocata nr̄a occurre velociter. O Gabriel archāgele, qui ſalutē mūdo nūciaſti. O ſcē Michael, qui draconē Acherontis expugnaſti. O ſcē Raphael, qui filiū Tobię iuſti ſalubriter deduxiſti. O angele cuſtos huius Dei ſerui. O cęleſtes angelorum oīuȝ chori, nec nō patriarcharū, prophetarū, apłorū, martyrū, ꝯfeſſorū, ſacerdotū, leuitarū, monachorū, eremitarū, virginum, oīumqȝ iuſtoruȝ, per amorem ineffabileȝ agni immaculati Jeſu Chriſti regis veſtri, qui vos de mundo elegit, cuius lęta viſione gaudetis, vos pro huius noſtri fratris, vel ſororis aīa deprecamur: vt eā veſtris p̄cibus iuuare dignemini: quatenus diaboli faucibus erepta ſaluetur, ⁊ vr̄ę iucundiſſimę ſocietati lęta iungat̄. O rex clemētiſſime Deus omnipotens ſaluator mundi

Jeſu

Jeſu pie, qui omniuz in te ſperantium miſereri conſueuiſti pro=
pter orationes dei genitricis, ⁊ omnium ſanctorum angelorũz
ac electorum Dei famulo tuo N. queſumus, miſerere: quatenus
in paſſionis tuę merito ac ſanguine a peccatorum ſuorum ma=
culis ablutus ęternaliter in tuo regno glorietur. Amen.

O Suauiſſime dñe Jeſu Chrẽ, beatorum requies, ⁊ omnium
in te ſperantiuz ſalus iucundiſſima: qui in nocte dirę paſ=
ſionis tuę ad patrẽ oraſti dicens: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat
a me calix iſte, veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat: qui
que illa hora in tanta fuiſti anguſtia, vt de precioſo corpore tuo
ſanguis effflueret, precamur te bone Jeſu, quatenus animam fa=
muli tui N. tua ſolita pietate iuues: vt pro ſuis delictis contera=
tur, ⁊ moueatur ad penitentiam ſalubrem: vt in hac hora tre=
menda, in occurſu aduerſarij nõ paueat, nec in aduentu aut a=
ſpectu tuo iudex tremẽde, accuſante conſcientia, contremiſcat:
ſed potius faciem tuam in iubilo videns lętetur: te pręſtante
Jeſu Chriſte: cuius eſt paſſione redemptus. Amen.

O Dulciſſime rex, Jeſu pie, qui in tuę paſſionis horrenda no
cte a diſcipulis tuis deſtitutus, inter aduerſarios tuos ſo=
lus ſtetiſti, tuę pietati ſupplicamus: vt animam ſeruuli tui N. in
ſuo obitu ſolam non relinquas in manibus iniquorũn demo=
num, auxilio tuo deſtitutaz: ſed tua virtute, ⁊ tuoruz angelorum
ſanctorum ſocietate ſecuram, ad locum tuę beatiſſimę viſionis
per ſanguinis tui virtutem lętanter deducas. Amen.

O Dñe Jeſu Chriſte decus ⁊ gloria ſctõrum: qui pendens in
cruce, pro tuis diris crucifixoribus p̃rem rogaſti dicens:
Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: tuam pietatem
precamur pie Jeſu: vt in mente ſeruuli tui N. orationes tuę re=
nouare digneris affectum: quatenus offenſarum oĩum ab ęter=
no patre veniam conſequatur. Et ſicut tunc exauditus fuiſti tu
dñe, ac rex, ſic nunc cum patre ſeruos ac milites tuos exaudire
digneris pro ſeruulo tuo N. qui neſcit quid faciat, dum fidei, ⁊
ſenſus exiguitate tepeſcit. Rogamus pie Jeſu, vt in obitu eius
omnia ſua peccata dimittas, ⁊ pro tuę durę paſſionis merito
ad angelorum conſortia deducatur. Amen.

O Sacratiſſime dñe Jeſu Chriſte ſaluator, qui propter no=
ſtra ſcelera abolẽda, poſt crudelia verbera, poſt pudibun=

da opprobria, poſt irriſiuā ⁊ afflictiuā aculeorū coronā, in cru-
ce nudus, inſtar latronis, affigi elegiſti, exoramus te pie ꝑ has
tuas paſſiones, vt aiam famuli tui N. in extremis laborantē, ſuo
rum petōrum doloroſa confeſſione verberes, vera contritione
confundas, ⁊ vero timore corones: ⁊ i cruce tua omnes ſenſus
mentales eius affigas: quatenus ſic totus a te ſpiritualiter vul-
neratus, tuorum vulnerum merito, omnium delictorum ſuorū
veniam conſequatur, ⁊ ad gaudia celeſtia perducatur. Amen.

O Glorioſiſſime rex Jeſu Chriſte angelorum dulcedo: qui
affixus pro nobis veram fidei lucem cordi latronis infu-
diſti: vt te verum Deum ⁊ verum hominem fateretur, dum cla-
mauit, memento mei dn̄e dum veneris in regnum tuum: ma-
ieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: vt in famulo tuo N. in ex-
tremis laborante conſeruare digneris verę fidei ſacramentum:
vt ſacratiſſimę tuę paſſionis merito, tua veritate, tuoque amore
loricatus in ſuo obitu ſpiritus immundos nequaquam verea-
tur, ſed tuam perpetuam gloriam adeat iubilanter. Amen.

O Clementiſſime dn̄e Jeſu, verbum ęterni patris, ⁊ filij vir-
ginis glorioſę, qui mundū viſibiliter deſerens, ⁊ ſolitudi-
ni maternę compatiens, ei dilectum diſcipulum in filiū adopta
ſti, humiliter tuę maieſtati ſupplicamus, per merita tuę paſſio-
nis, ⁊ eiuſdem tuę inclytę matris preces, necnon tui dilecti di-
ſcipuli, quatenus digneris in animam huius ſerui tui ſpiritum
tuę charitatis infundere: in quo tibi cohęres Deo patri ado-
ptetur in filium. Cōmitte, q̄s, de throno glorię tuę huius famu-
li tui N. aiam clementiſſime tuę matri: quatenus in mortis a-
gone non paueat, ſed virginalibus tibi manibus p̄ſtata clemē-
ter ſuſcipiatur a te in tua gloria cū ſctis tuis collocanda. Amē.

O Clementiſſime domine Jeſu, corona certantium: qui mo-
riturus in cruce docuiſti nos compendioſe tempore mor
tis orare, dicens, Pater in manus tuas cōmendo ſpūm meum:
tuę maieſtati ſupplicamus, vt ſpiritus ſancti virtute, candē ora
tionem menti huius famuli tui digneris imprimere: vt eā per-
ſonet ſemper: ⁊ in hac extrema hora eius ſentiat effectū, in tuas
ſanctiſſimas manus ſuam animam commendando. Amen.

O Miſericordiſſime dn̄e Jeſu, generis humani reparator,
qui in die tuę acerbiſſimę paſſionis in neruorum contra-

ctione, oſſium compreſſione, ſpinarum punctione pęnam acer-
biſſimam tuliſti, ⁊ latus tuum vnde ſanguis ⁊ aqua flueret ape-
riri voluiſti: deprecamur domine vt animam famuli tui N. vir-
tutum ſplendore illuſtres: ⁊ ſpinarum tuarum merito, illi tri-
buas de offenſis ab eo tibi illatis dolere vehementer: vt omnia
eius delicta tuę paſſionis acerbitate deleantur, ⁊ ad angelorum
ſocietatem te ducente valeat peruenire. Amen.

O Clementiſſime dñe Jeſu Chriſte, qui pro nobis in cruce
mori dignatus es, te precamur, vt oẽs tuas paſſiones ⁊ a-
maritudines, quas pro nobis miſerrimis in duro ligno tuliſti,
preſertiz qñ ſanctiſſima anima tua de virgineo ⁊ puriſſimo ha-
bitaculo tui corporis egreſſa eſt, offerre ⁊ oſtendere digneris
deo patri oĩpotenti cõtra oẽs pęnas ⁊ paſſiones ſerui tui N. ⁊ li
berare eum digneris in hoc ſuo tranſitu ab oĩbus paſſionibus
⁊ pęnis, quas pro peccatis ſuis ſe contraxiſſe timet. Amen.

O Miſericordiſſime domine Jeſu Chriſte, qui prophetico
ore dixiſti, in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te
mirans: tibi humiliter ſupplicamus, quatenus eandem chari-
tatem, quę te de cęlo traxit ad terras laboraturum pro nobis,
⁊ moriturum, offerre ⁊ oſtendere digneris Deo patri omnipo-
tenti contra omnes huius famuli tui N. paſſiones ⁊ pęnas,
quas pro ſuis ſceleribus meretur, ⁊ animam eius in ſuo obitu
per manus ſanctorum angelorum excipere. Aperi illi benigniſ-
ſime Jeſu ianuam vitę ⁊ regni ſyderei: ⁊ in eo illum fac cum
ſanctis tuis perpetua fęlicitate lętari. Amen.

O Piiſſime dei hominumque mediator Jeſu Chriſte, qui de-
bitas nobis pęnas in tuo paſſibili corpore pro noſtra ſalu
te tuliſti: ⁊ vt eas guſtares amariores, in hora tuę paſſionis, dei-
tatis rationiſque ſolatium a tuis ſenſibus ſuſtuliſti, eos deſtitu-
tos omni ſolatio in doloribus linquens, dum clamaſti, Deus
meus, deus meus, vt qd dereliquiſti me: oramus tuaz pietatem,
vt aiam ſerui tui N. tua ſuauiſſima ꝯſolatione foueas, erigas, ⁊
lętifices: Namque ſi deſerueris illum paſtor ęternę, mox lupus
rapax diabolus in eum irruet efferatus, ⁊ crudelis: ⁊ oues, quas
tuo ſanguine queſiuiſti, iugulabit. Et ſi demeritis ſuis exigen-
tibus, a te deſeri meretur, te nihilominus propter tuam pietatẽ
rogamus, ne illũ tradas aduerſarijs diffidentię ⁊ deſperationis

 ſtimulis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtimulis affligendum: nec ad gratiam tuam durum, aut inſenſibilem effici patiaris: ſed per charitatis tuę gratiam viuens, ⁊ abſentię tuę amaritudinem ſentiēs, pia voce gemendo clamet ad te, Deus meus, deus meus vt quid dereliquiſti me? Tu autem piiſſime pater ac bone paſtor tua ſuaui pietate ſuccurre: qui eum tibi tuo ſanguine redemiſti. Amen.

O Perfectiſſime dei, hominumq; mediator Jeſu Chriſte ſaluator: qui ꝓ ſolis ardore, ⁊ tormentorum aſperitate, ⁊ ſanguinis tui effuſione, corporalem ſitim in duro ligno tuliſti: dū clamaſti, ſitio, tuam precamur maieſtatem, vt animam famuli tui N. illo tunc amoris igne digneris adurere, quem in terris mittere veniſti: vt cunctis vitijs exiccatis, anima eius, ⁊ caro tuę charitatis igne ſuccenſa te ſolum ſitiat, te diligat, te perquirat: vt te inueniens, te fruatur, Sacratiſſime dn̄e Jeſu Chriſte, omne bonum complens, atque conſumans: qui guſtato aceto dixiſti, conſumatum eſt, ⁊ inclinato capite ſpiritum Deo patri reddidiſti: ſupplicamus tuę maieſtati pro anima famuli tui N. laborantis in mortis agone: quatenus illi fidei lumen, ⁊ gratię tuę ſanitatem infundas: vt horam extremam in tua ſancta charitate finire, ⁊ tibi dicere valeat, ecce clementiſſime Jeſu nunc ad te venio: tua mellifiua voce meum ſpiritum ſuſcipi iube in ęternam claritatem. Amen.

O Clementiſſime Jeſu ſolatium miſerorum, tu noſtra peccata in tuo corpore portaſti: quia tu es vere deus: de quo dixit Eſaias, languores noſtros ipſe tulit, ⁊ dolores noſtros ipſe portauit: adeo vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore, a plāta pedis vſque ad verticem ſanitas vlla non fuerit: ⁊ qui prę filijs hominum erat ſpecioſus, quaſi leproſus videreris: per hāc tuā ineffabilem charitatem precamur pie Jeſu: vt omnia peccatorum vulnera in famulo tuo N. ſanes: quatenus omnibus vitijs emendatus ad te regem factorem ſuum ſpirituali ſolatio roboratus, lętus perueniat: ⁊ quem tuo ſanguine comparaſti, ⁊ tuę paſſionis ſigno .i. ſancta cruce muniri ſemper voluiſti, ad tuam nunc feliciſſimam viſionem omnium paſſionum tuarum merito, comitantibus ſanctis angelis deducere digneris. Amen.

O Decus cęli virgo, regis ęterni mater intacta, ꝓpter illum te rogamus terrorem, quo tuum cor tremuit, qn̄ dilectum tuum,

tuum, ⁊ amantiſſimum filium Jeſum ab impijs captum, ligatum, tractum, ab amicis aũt omnibus derelictum audiſti, vt ſeruulum tuum N. in extremis laborantem, ⁊ trementez adiuues: vt de pręteritis culpis veraciter conteratur, ⁊ cor eius ſupernis ſplendoribus irradiatum veraciter pęniteat: ne forte in occurſu aduerſarij terreatur, aut in aſpectu tremendi iudicis, accuſante conſcientia contremiſcat: ſed potius tuis precibus ſuffragantibus, faciem eius in iubilo videns lętetur. Amen.

O Uirginum ſuauiſſima Dei genitrix Maria ſtella maris, per eas te rogamus lacrymas ⁊ ſingultus, quibus tuum nobile ⁊ maternum cor angebatur, qñ tuam ſpem Jeſum pulcherrimum, pñtatum pręſuli cognouiſti innocentem accuſatũ, ⁊ contumelijs illuſum, vt huic famulo tuo N. lacrymarum gratiam impetres, ⁊ fidei lumen indelebile: quo maculas oẽs delictorum ſuorum poſſit abluere. Et tu mater miſericordię, eum nunc celeriter adiuua, ne ſatanas illudere, aut varijs tentationibus pro libito ſuę iniquiſſimę voluntatis affligere poſſit, aut tremebundo iudici vinctum ſtatuere: ſed potius ſeipſum per lumen fidei iudicet in pręſenti, ac diſciplinis verę pęnitentię deuote flagellet. Amen.

O Sola ſperantium omnium ſpes Maria regina cęlorum: propter illas te pręcamur anguſtias, quas tuum piiſſimũ cor tulit, qñ tuus filius, ⁊ noſter dñs Jeſus Chr̃s verbum ęterni patris, clamantibus ⁊ vociferantibus iudęis, crucifige, crucifige, morti adiudicatus, ⁊ ignominioſo crucis ſuſpendio addictus eſt: quatenus ſubuenias clementiſſima regina, ⁊ mr̃ pientiſſima huic ſeruulo tuo N. in extremis laboranti: quia ⁊ corpus eius infirmitatis dolore torquetur, ⁊ anguſtiatur aĩa: hinc dęmonum inſidijs, hinc ſeuerę diſcuſſionis anguſtijs. Subueni (inquam) o mater pietatis: ⁊ gratioſiſſima virgo ne contra illum feratur mortis ęternę ſententia, aut flammis ęternalibus tradatur perpetuo cruciandus: ſed tua potius interceſſione, pręmia ęterna conſequatur. Amen.

O Clementiſſima virgo Maria dei genitrix: propter illum tibi ſupplicamus gladium doloris, qui tuam pertranſiuit animam, cum dilectiſſimum tibi filium Jeſum, nudum ⁊ cruentum: ⁊ diris vulneribus confoſſum in aera ſuper crucis ligno

eleuatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eleuatum conſpexiſti: quatenus in hac hora terribili, huic ſeruulo tuo N. ſis adiutorio: vt compaſſionis gladio confodiatur, ⁊ vulneretur lācea diuini amoris, ita vt olum pctōrum ſanguis noxius de corde eius effluat: vitijſqꝫ mūdetur, decoreturqꝫ virtutibus diuinis quatenus toto deſiderio terrena relinquens in celeſtia ſubleuetur: ad quę lętanter, te duce, perueniat. Amen.

O Maria tribulatorum piiſſima conſolatrix, per illud te rogamus horribile tormentum, quod pene tuum cor omneſque tuos ſenſus extinxit, quando filium tuum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum te Joanni in matrem, ⁊ Joannem tibi in filium delegantem audiuiſti: quatenus huic famulo tuo N. ſubuenire digneris, qui ad te inuocandam aſſurgere non poteſt: quippe quoniam oculi eius luce priuantur, ſurdeſcunt aures, omneſque ſenſus obſcurantur. O mater pietatis preces noſtras exaudi: quas auribus tuę pietatis afferimus: atque famuli tui N. ſpūm filio tuo commenda: quatenus tuo pio interuentu, terrores dęmonum, tormentaque non timeat: ſed deſideratam cęleſtis patrię manſionem te comite lętus adeat. Amen.

O Decus ⁊ gloria virginum Maria Jeſu Chriſti mater: propter tuos te rogamus eiulatus, quos imo pectore prorumpentes abſcondere non valebas, quando in amplexus filij de cruce depoſiti ruebas, ⁊ nitentes quondam genas, oraque rutilātia, pallore mortis occupata mirabaris, vt ſeruulo tuo N. ſuffragari, veliti pia mr̄, digneris: quatenus ſic de admiſſis criminibus doleat: vt eius anima mellifluis oſculis, ⁊ amoris amplexibus dn̄i Jeſu Chriſti, in beatorum regno fruatur. Amen.

O Maria virgo pulcherrima, virgo humillima, virgo clementiſſima, virgo gratioſiſſima, propter ſuſpiria atque lamenta inaudita, quibus tuum dulciſſimum cor excruciabatur, quando animę tuę ſolatium vnicum Jeſum filium tuum, ⁊ ſaluatorem noſtrum ſepulturę tradi cernebas: adiuua famuli tui N. animam in hac lachrymarum valle laborantē: vt in egreſſu de corpore virginalibus tuis manibus erepta deducatur in cęlum. Amen.

¶ Oratio in exitu vitę ad dominum Jeſum Chriſtum.

O Domine Jeſu Chr̄e fili dei viui, ⁊ redemptor mundi, ego peccator ſuppliciter rogo immēſam miſericordiam tuā: vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt mihi eam confeſſionem in hora exitus mei, concedere digne
ris, quaz latroni tibi de cruce confitenti miſericorditer conceſ=
ſiſti. Preſta dñe deus meus piiſſime, vt in hora exitus mei diui=
na vltio non veniat ſuper me: ⁊ poteſtas diabolica nõ occurrat
mihi, nec noceat: ſed tua gratia largiente talem me dies extre=
mus inueniat, qualẽ me fons regenerationis exhibuit. Depre=
cor ineffabilem grãz ⁊ miſericordiaz tuã piiſſime dñe Jeſu Chri
ſte, vt in hora exitus mei non deneges mihi miſerrimo pecca=
tori ſacram corporis ⁊ ſanguinis tui cõionem: ſed cum vera fi=
de ⁊ certa ſpe ⁊ ſincera charitate illam mihi percipere conce=
de, ⁊ ad gaudia eterna peruenire tribue. Qui viuis ⁊ reg.

### ¶ Oratio ad eundem.

NE reminiſcaris dñe delicta mea, vel parentũ meoruz, ne=
que vindictaz ſumas de peccatis meis in extremis meis:
⁊ non ſinas intereſſe, ⁊ in me preualere diaboluz, aut nouiſſima
mea deterrere poteſtatem tenebrarum. Sed preſta per inter=
ceſſionem omnium ſanctorum tuorum, vt angelo tuo preſente,
tranſitus meus de hoc ſeculo ſpe firma regatur, fide catholica
muniatur, ac totus ipſius anime exitus in te, ⁊ ſm te fiat: nec in
termiſcere ſe audeat angelus malus, aut locum inuadendi ha=
beat tetra ⁊ maligna cohors diaboli. Et pſta mihi domine, vt
in illa die ⁊ hora, qua animam meam a corpore iuſſeris ſepara=
ri, piam ſententiam merear audire: ⁊ angeli ſancti perducant
animam meam ad gaudia iuſtorum. Amen.

### ¶ Oratio ad beatam Virginem.

COmmendo ſancta Maria materne pietati tue extremaz
diem exitus mei. Precor te per vnigenituz filium tuum do
minum noſtrum Jeſum Chriſtum: vt in illa neceſſitate piaz vi=
ſitationem tuam ⁊ conſolationem habere merear. Et cuz in vl=
timo agone mortis anima mea turbata fuerit, tu domina cle=
mentiſſima miſericordie recordaberis: ⁊ venire in adiutorium
meum dignaberis, ⁊ liberare animam meam ab ira ⁊ indigna=
tione filij tui, ⁊ confuſione perpetua, ⁊ ab eterna dãnatione eri=
pere procurabis. Defende aĩam meaz ſancta Maria tua piiſſi=
ma protectione a crudeli accuſatione: ⁊ perduc eam in ſinum
Abrahe: vbi eſt certa requies beatorum iuſtorum. Sancta, ⁊
immaculata virgo Maria, genitrix domini mei Jeſu Chriſti
intercedere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intercedere digneris pro me ad illum, cuius meruiſti effici templum: vt per orationes ⁊ interceſſiones miſericordię pietatis tuę miſereatur mihi pius ⁊ miſericors Dominus. Qui viuis, ⁊c.

## ❡ Orationes dicenda in mortis articulo.

DOmine Jeſu Chriſte tibi in hac hora commendo animã meam: ⁊ ſicut pro me dignatus es de virgine naſci, crucẽ pati, mori, in ſepulcro ſepeliri, tertia die ab inferis reſuſcitare, ⁊ cęlos, quos nunquam tui nominis pręſentia deſeruiſti, voluiſti adire: ſic animam meam liberare digneris ab ęterna morte. Ultra quã dici fas eſt me peccatorem, ⁊ reum eſſe confiteor. Sed tu, qui omniũ peccatorum indultor, atq; clementiſſimus es: quiq; miſereris omnium, ⁊ nihil odiſti eorum, quę feciſti, diſſimulans peccata hominum ad te reuertentium: qui peccatoris facinora in quacunq; die conuerſus ad te fuerit, ⁊ ingemuerit, obliuioni in perpetuũ tradis: Qui peccantibus peperciſti: ⁊ mulieri deprehenſę in adulterio dimiſiſti: ⁊ Magdalenę remiſiſti: Petro lacrymanti relaxaſti: ⁊ latroni confitenti paradiſi ianuam aperuiſti: mihi peccatori veniam non deneges delictorum: quicquid vitioſum eſt, ⁊ quicquid in te peccaui, mihi remitte: ⁊ animam meam in ęterna requie refouere digneris. Tu enim es ille, cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: qui animam a corpore ſeparare, ⁊ in meliorẽ vitam mittere ſolitus es: qui dixiſti te malle vitam peccatoris, quam mortẽ: credo corde, ⁊ ore confiteor, quia idcirco animã meam ab hac vita vis educere: vt poſt mortem meam in meliori vita facias viuere: quę ſenſum ⁊ intellectum quam nũc habet in me, meliorem habebit: ⁊ quantum differt vmbra ab homine, tãto meliora poſſidebit in cęleſti regione. *Quo dicto, accipiat infirmus ſi poteſt proprijs manibus carnes pectoris ſui circa cor ⁊ mamillas: ⁊ lacrymoſis verbis dicat.* Domine Jeſu Chriſte fili Dei viui, ⁊ beatę Marię ſemper virginis, totis viſceribus meis tibi confiteor: ⁊ credo ꝙ tu redemptor meus viuis, ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: ⁊ in carne iſta videbo te Deum ſaluatorem meum. *Poſtea infirmus ponat digitos ſuos ſuper oculos: ⁊ dicat.* Et oculi iſti te cõſpecturi ſunt. *Poſtea eleuatis oculis ad cęlum ſe ſignet ſigno ſanctiſſimę crucis pręcipue faciẽ, os, ⁊ pectus, ⁊ totũ corpus: ⁊ dicat.*

Omnia

Omnia mihi terrena vileſcūt: ⁊ ad te deus meus pꝛopero: qui quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in coꝛ hominis aſcendit, pꝛęparaſti diligentibus te. Et ecce in manus tuas dn̄e commendo ſpūm meum, redemiſti me dn̄e deus veritatis. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas ⁊c. ℟. Amen.

¶ Pſalmi dicendi in agone moꝛtis ſuper infirmum. Cap. 20.
Si anxiatur adhuc aīa, dicantur hi pſalmi. Pſalmus Dauid.

Confitemini Dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſeculum miſericoꝛdia eius: Dicat nunc Iſrael qm̄ bonus, qm̄ in ſeculum miſericoꝛdia eius. Dicat nunc domus Aaron: qm̄ in ſeculum miſericoꝛdia eius. Dicant nunc qui timent dn̄m: qm̄ in ſeculum miſericoꝛdia eius. De tribulatione inuocaui dn̄m: ⁊ exaudiuit me in latitudine dn̄s. Dominus mihi adiutoꝛ: non timebo qd faciat mihi homo. Dominus mihi adiutoꝛ: ⁊ ego deſpiciā inimicos meos. Bonum eſt confidere in dn̄o, quam confidere in homine. Bonū eſt ſperare in dn̄o, quaꝫ ſperare in pꝛincipibus. Omnes gentes circundederunt me: ⁊ in nomine domini, qa vltus ſum in eos. Circundantes circundederunt me: ⁊ in nomine dn̄i: quia vltus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, ⁊ exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: ⁊ in nomine dn̄i, quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum, vt caderem: ⁊ dn̄s ſuſcepit me. Foꝛtitudo mea, ⁊ laus mea dn̄s: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtoꝛum. Dextera dn̄i fecit virtutem: dextera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i fecit virtutē. Non moꝛiar, ſed viuā: ⁊ narrabo opera dn̄i. Caſtigans caſtigauit me dn̄s: ⁊ moꝛti non tradidit me. Aperite mihi poꝛtas iuſtitię: ⁊ ingreſſus in eas confiteboꝛ dn̄o: hec poꝛta dn̄i: iuſti intrabunt in eaꝫ. Confitebor tibi qm̄ exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutē. Lapideꝫ quem repꝛobauerunt ędificātes, hic factus eſt in caput anguli. A dn̄o factū eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Hec dies quam fecit dn̄s: exultemus ⁊ letemur in ea. O dn̄e ſaluū me fac: o dn̄e bene pꝛoſperare: bn̄dictus qui vēturus es in noīe dn̄i. Bn̄diximus vobis de domo dn̄i: deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. Conſtituite dieͤ ſolennē in ꝯdenſis: vſqꝫ ad coꝛnu altaris. Deus meus es tu, ⁊ ꝯfitebor tibi: deus meus es tu: ⁊ exaltabo te. Confitebor tibi, quoniā exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutem. Confitemini

domino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dño quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
BEati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. Beati
qui ſcrutant̄ teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eū.
Non. n. qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.
Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Utinam dirigan
tur vie mee, ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Tunc nō cō
fundar: cum proſperero in oībus mandatis tuis. Confitebor
tibi in directione cordis in eo qḋ didici iudicia iuſtitie tue. Iu
ſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaq̄.
IN quo corrigit adoleſcentior viā ſuā? in cuſtodiendo ſer
mones tuos. In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas
me a mandatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt
non peccem tibi. Benedictus es dñe: doce me iuſtificationes
tuas. In labijs meis pronunciaui oīa iudicia oris tui. In via
teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in oībus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: ⁊ cōſiderabo vias tuas. In iu
ſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.
REtribue ſeruo tuo: viuifica me: ⁊ cuſtodiā ſermones tuos.
Reuela oculos meos: ⁊ cōſiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua.
Concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas in oī tpe.
Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant a mādatis tuis.
Aufer a me opprobriū ⁊ cōtemptū: q2 teſtimonia tua exquiſiui.
Etenim ſederunt principes, ⁊ aduerſum me loquebant̄: ſeruus
aūt tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nā ⁊ teſtimo
nia tua meditatio mea eſt: ⁊ cōſilium meum iuſtificationes tue.
ADheſit pauimēto anima mea: viuifica me, ſcḋm verbū tuū.
Uias meas enunciaui, ⁊ exaudiſti me: doce iuſtificatio
nes tuas. Uiā iuſtificationum tuarum inſtrue me: ⁊ exercebor
in mirabilibus tuis. Dormitabit aīa mea pre tedio: confirma
me in verbis tuis. Uiā iniquitatis amoue a me: ⁊ de lege tua
miſerere mei. Uiam veritatis elegi: iudicia tua non ſum obli
tus. Adheſi teſtimonijs tuis domine noli me confundere.
Uiam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.
LEgem pone mihi dñe, viam iuſtificationum tuarum: ⁊ ex
quiram eam ſemper. Da mihi intellectū, ⁊ ſcrutabor le
gem tuam: ⁊ cuſtodiam illam in toto corde meo. Educ me
in

in ſemitam mandatorum ſuorum: quia ipſam volui. Inclina
cor meum in teſtimonia tua: ⁊ non in auaritiam. Auerte ocu-
los meos ne videant vanitatem in vita tua viuifica me. Sta-
tue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa oppro-
brium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in ęquitate tua viuifica me.
ET veniat ſuper me miſericordia tua dñe, ſalutare tuum
ſm̄ eloquium tuum. Et rñdebo exprobrantibus mihi ver
buꝫ: qꝛ ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo
verbum veritatis vſquequaque: qꝛ in iudicijs tuis ſuper ſperaui.
Et cuſtodiam legē tuā ſemper: in ſeculum ⁊ in ſeculū ſeculi. Et
ambulabaꝫ in latitudine: qꝛ mandata tua exquiſiui. Et loque-
bar de teſtimonijs tuis in ɔſpectu regū: ⁊ non ɔfundebar. Et
meditabar in mādatis tuis: quę dilexi. Et eleuaui manus meas
ad mandata tua q̄ dilexi: ⁊ exercebor in iuſtificationibus tuis.
MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.
Hęc me cōſolata eſt in humilitate mea: quia eloquiū tuū
viuificabit me. Superbi inique agebant vſquequaque: a lege
aūt tua nō declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a ſeculo dñe:
⁊ ɔſolatus ſuꝫ. Defectio tenuit me: pro pctōribus derelinquen
tibus legē tuā. Cantabiles mihi erāt iuſtificationes tuę: in lo-
co peregrinationis meę. Memor fui nocte nois tui dñe: ⁊ cu-
ſtodiui legē tuā. Hęc factā ē mihi: qꝛ iuſtificatiōes tuas exqſiui.
POrtio mea dñe: dixi cuſtodire legem tuam. Deprecatus
ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſm̄ elo
quiū tuū. Cogitaui vias meas, ⁊ conuerti pedes meos in
teſtimonia tua. Paratus ſum ⁊ non ſum turbatus, vt cuſtodiā
mandata tua. Funes pctōrū circumplexi ſunt me: ⁊ legē tuā
non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad ɔfitendum tibi,
ſuper iudicia iuſtificationis tuę. Particeps ego ſum omnium
timentium te, ⁊ cuſtodientiū mandata tua. Miſericordia tua
domine plena eſt terra, iuſtificationes tuas doce me.
BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo dñe, ſm̄ verbum tuū. Bo
nitatem ⁊ diſciplinam ⁊ ſciam doce me: qꝛ mandatis tuis
credidi. Priuſqnā humiliarer ego deliqui: propterea eloquium
tuū cuſtodiui. Bonus es tu, ⁊ i bonitate tua doce me iuſtifica-
tiones tuas. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum,

ego

ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua. Coagu-
latum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus
ſum. Bonum mihi, quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificatio-
nes tuas. Bonum mihi lex oris tui: ſuper millia auri ⁊ argẽti.
Manus tuę dñe fecerunt me ⁊ plaſmauerũt me: da mihi in-
tellectũ, vt diſcam mandata tua. Qui timent te, videbũt
me: ⁊ lętabuntur: qꝛ in verba tua ſuperſperaui. Cognoui dñe,
quia ęquitas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me. Fiat
miſericordia tua, vt conſoletur me: ſcdm̃ eloquium tuum ſeruo
tuo. Veniant mihi miſerationes tuę, ⁊ viuam: quia lex tua me-
ditatio mea eſt. Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquita-
tẽ fecerunt in me: ego aũt exercebor in mandatis tuis. Conuer-
tantur mihi timẽtes te: ⁊ qui nouerũt teſtimonia tua. Fiat cor
meũ immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.
Defecit in ſalutare tuum aĩa mea, ⁊ in verbo tuo ſuperſpe-
raui. Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ dicentes, quã-
do conſolaberis me? Quia factus ſum ſicut vter ĩ pruina: iuſti-
ficationes tuas non ſum oblitus. Quot ſunt dies ſerui tui: quã
facies de pſequentibus me iudiciũ? Narrauerunt mihi iniqui
fabulationes: ſed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas:
iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me. Paulominus conſumma-
uerunt me in terra: ego aũt non dereliqui mandata tua. Secũ
miſericordiam tuam viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui.
In ęternum dñe verbum tuum permanet in cęlo. In ge-
neratione ⁊ generationem veritas tua: fundaſti terram, ⁊
permanet. Ordinatione tua perſeuerat dies quoniam oĩa ſer-
uiunt tibi. Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periſ-
ſem in humilitate mea. In ęternum non obliuiſcar iuſtificatio-
nes tuas: qꝛ in ipſis viuificaſti me. Tuus ſum ego, ſaluum me
fac: qm̃ iuſtificationes tuas exquiſiui. Me expectauerunt pec-
catores, vt perderent me: teſtimonia tua intellexi. Omnis con-
ſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.
Quomodo dilexi legem tuam dñe: tota die meditatio mea
eſt. Super inimicos meos prudentem me feciſti manda-
to tuo: qꝛ in ęternũ mihi eſt. Super oẽs docentes me intellexi:
qꝛ teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi: qꝛ
mandata tua quęſiui. Ab oĩ via mala ꝓhibui pedes meos: vt
cuſtodiam

cuſtodiã verba tua. A iudicijs tuis nõ declinaui: q2 tu legẽ poſuiſti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloqa tua ſup mel ori meo. A mãdatis tuiſ intellexi: ꝓpea odiui oẽꝫ viaꝫ iniquitatiſ.

Lucerna pedibus meis verbum tuũ: ⁊ lumen ſemitiſ meiſ. Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitię tuę. Humiliatus ſum vſquequaqꝫ dñe: viuifica me ſm verbuꝫ tuũꝫ. Uoluntaria oris mei beneplacita fac dñe: ⁊ iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis ſemper: ⁊ legem tuam non ſum oblitus. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: ⁊ de mandatis tuis non erraui. Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in ęternum: q2 exultatio cordis mei ſunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum, propter retributionem.

Iniquos odio habui: ⁊ legem tuã dilexi. Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es tu: ⁊ in verbum tuum ſuperſperaui. Declinate a me maligni: ⁊ ſcrutabor mandata dei mei. Suſcipe me ſm eloquium tuum, ⁊ viuam: ⁊ non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spreuiſti oẽs diſcedentes a iudiciiſ tuiſ: quia iniuſta cogitatio eorum. Preuaricantes reputaui omneſ peccatores terrę: ideo dilexi teſtimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.

Feci iudiciũ ⁊ iuſtitiã: non tradas me calumniantibuſ me. Suſcipe ſeruũ tuũ in bonũ: nõ calũnient me ſupbi. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuũ: ⁊ in eloquiũ iuſtitię tuę. Fac cũ ſeruo tuo ſm miſericordiam tuam: ⁊ iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum, vt ſciaꝫ teſtimonia tua. Tẽpus faciendi dñe: diſſipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua, ſuper aurũ ⁊ topazion. Propterea ad oĩa mandata tua dirigebar: oẽm viã iniquitatiſ odio habui.

Mirabilia teſtimonia tua dñe: ideo ſcrutata eſt ea aĩa mea. Declaratio ſermonũ tuorum illuminat: ⁊ intellectum dat paruulis. Os meum aperui ⁊ attraxi ſpũm: quia mandata tua deſiderabam. Aſpice in me ⁊ miſerere mei, ſm iudicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſm eloquium tuuꝫ: ⁊ non dñetur mei oĩs iniuſtitia. Redime me a calumniiſ hominum: vt cuſtodiam mandata tua. Faciẽ tuã illumina ſuper ſeruũ tuũ: ⁊ doce me iuſtificationis tuas. Exitus aquarum

deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodirent legem tuam.
IUſtus es dñe: ⁊ rectum iudicium tuum. Mãdaſti iuſtitiã
teſtimonia tua: ⁊ veritatē tuã nimis. Tabeſcere me fecit
zelus meus: qꝛ obliti ſunt verba tua inimici mei. Ignitum elo-
quium tuũ vehementer: ⁊ ſeruus tuus dilexit illud. Adoleſcen-
tulus ſum ego ⁊ ꝯtempus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua iuſtitia in ęternum: ⁊ lex tua veritas. Tribulatio
⁊ anguſtia inuenerũt me: mandata tua meditatio mea eſt. E-
quitas teſtimonia tua in ęternum: intellectum da mihi, ⁊ viuã.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me domine: iuſtificatio-
nes tuas requiram. Clamaui ad te, ſaluũ me fac: vt cuſto-
diam mãdata tua. Pręueni in maturitate ⁊ clamaui: qꝛ in ver-
ba tua ſuperſperaui. Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt
meditarer eloquia tua. Uocem meam audi ſm miſericordiam
tuam Dñe: ⁊ ſm iudicium tuum viuifica me. Appropinquaue-
runt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti
ſunt. Prope es tu domine: ⁊ omnes vię tuę veritas. Initio co-
gnoui de teſtimonijs tuis: quia in ęternum fundaſti ea.

VJde humilitatē meã: ⁊ eripe me: qꝛ legē tuã non ſum obli-
tus. Iudica iudicium meum, ⁊ redime me: ꝑꝑ eloquium
tuum viuifica me. Longe a peccatoribus ſalus: qꝛ iuſtificationes
tuas non exquiſierunt. Miſericordię tuę multę dñe: ſm iudi-
ciũ tuum viuifica me. Multi qui ꝑſequuntur me, ⁊ tribulant me:
a teſtimonijs tuis non declinaui. Uidi pręuaricantes ⁊ tabe-
ſcebã: qꝛ eloquia tua nõ cuſtodierunt. Uide qm̄ mandata tua
dilexi dñe: in miſericordia tua viuifica me. Principium verbo-
rum tuorum veritas: in ęternum omnia iudicia iuſtitię tuę.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formi-
dauit cor meũ. Lętabor ego ſuꝑ eloquia tua: ſicut qui in-
uenit ſpolia multa. Iniquitatē odio habui, ⁊ abominat⁹
ſum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi ti-
bi: ſuper iudicia iuſtitię tuę. Pax multa diligentibus legē tuã:
⁊ non eſt illis ſcandalum. Expectabam ſalutare tuum domi-
ne: ⁊ mandata tua dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia
tua: ⁊ dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua ⁊ teſtimo-
nia tua: quia omnes vię meę in conſpectu tuo.

APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo dñe: iuxta

eloquium tuum da mihi intellectum. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua, vt ſaluet me: q̄m mandata tua elegi. Concupiui ſalutare tuum dñe: ⁊ lex tua meditatio mea eſt. Uiuet anima mea, ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Erraui ſicut ouis que perijt: quere ſeruū tuū, quia mandata tua non ſum oblitus.

## ¶ Symbolum, ſiue fides catholica ſancti Athanaſij epiſcopi.

Quicunqȝ vult ſalu⁹ eſſe, ante oīa op⁹ eſt, vt teneat catholicaȝ fideȝ. Quā niſi quiſqȝ integrā inuiolatāqȝ ſeruauerit: abſqȝ dubio in eternū peribit. Fides aūt catholica hec ē: vt vnum deum in trinitate, ⁊ trinitatem in vnitate veneremur. Neqȝ ↄfundētes pſonas: neqȝ ſubſtantiā ſeparantes. Alia ē enim pſona patris, alia filij, alia ſpūs ſancti. Sed patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti vna eſt diuinitas, equalis gloria, coeterna maieſtas. Qualis pr̄, talis filius talis ſpūs ſanctus. Increatus pr̄, increatus filius, increatus ſpūs ſcūs. Immenſus pr̄, immēſus filius immenſus ſpūs ſcūs. Eternus pr̄, eternus filius, eternus ſpūs ſcūs. Et tñ non tres eterni: ſed vn⁹ eternus. Sicut nō tres increati, nec tres imēſi: ſed vnus increatus, ⁊ vnus imēſus. Similiter oӯs pr̄, oӯs filius, oӯs ſpūs ſanctus. Et tñ non tres oīpotentes: ſed vnus oӯs. Ita deus pr̄, deus filius, deus ſpūs ſanctus. Et tñ non tres dij: ſed vnus eſt deus. Ita dñs pr̄, dñs filius, dñs ſpūs ſcūs. Et tñ non tres dñi: ſed vnus eſt dñs. Quia ſicut ſingillatim vnamquamqȝ perſonam deum ⁊ dñm ↄfiteri chriſtiana veritate compellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione ꝓhibemur. Pater a nullo eſt factus: nec creatus, nec genitus. Filius a patre ſolo eſt: non factus, nec creatus: ſed genitus. Spūs ſcūs a patre, ⁊ filio, non factus, nec creatus, nec genitus: ſed procedēs. Unus ergo pater: nō tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus ſpiritus ſanctus, non tres ſpiritus ſancti. Et in hac trinitate nihil prius, aut poſterius: nihil maius aut minus: ſed tote tres perſone coeterne ſibi ſunt, ⁊ coequales. Ita vt per omnia (ſicut iaȝ ſupradictū eſt.) ⁊ vnitas in trinitate, ⁊ trinitas in vnitate vene-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

randa ſit. Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat. Sed neceſſarium eſt ad eternā ſalutē: vt incarnationē quoqꝫ dñi noſtri Jeſu Chꝛi fideliter credat. Eſt ergo fides recta: vt credamus ꝛ cōfiteamur, quia dñs nr̄ Jeſus Chꝛiſtus dei filius, deus ꝛ hō eſt. Deus eſt ex ſubſtantia pr̄is ante ſecula genitus: ꝛ hō eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Perfectus deus, perfectus homo, ex aīa rationali ꝛ humana carne ſubſiſtens. Equalis patri ſm̄ diuinitatem, minoꝛ patre ſm̄ humanitatē. Qui licet deus ſit ꝛ homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chꝛiſtus. Unus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in deū. Unus oīno non ꝯfuſione ſubſtantie: ſed vnitate perſone. Nam ſicut aīa rōnalis ꝛ caro vnus eſt homo: ita deus, ꝛ homo vnus eſt Chꝛiſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra: deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a moꝛtuis. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus eſt iudicare viuos ꝛ moꝛtuos. Ad cuius aduentum oēs hoīes reſurgere hn̄t cum coꝛpoꝛibus ſuis: ꝛ reddituri ſunt de factis pꝛopꝛijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam: qui vero mala, in ignem eternum. Hec eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit: ſaluus eſſe non poterit.

¶ Paſſio dñi noſtri Jeſu Chꝛiſti ſm̄ Mattheum. Cap. 26.



In illo tp̄e: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ✠ Scitis qꝛ poſt biduū paſcha fiet: ꝛ filius hoīs tradet vt crucifigat. C Tunc ꝯgregati ſūt pꝛincipes ſacerdotū, ꝛ ſenioꝛes populi in atriū pꝛincipis ſacerdotū, qui dicebat Cayphas: ꝛ ꝯſilium fecerunt, vt Jeſum dolo tenerēt, ꝛ occiderēt. Dicebāt aūt. S Nō ī die feſto. Ne foꝛte tumult⁹ fieret in populo. C Cū aūt eſſet Jeſus in Bethania, in domo Simonis leproſi: acceſſit ad eū mulier hn̄s alabaſtrū vnguēti pꝛecioſi: ꝛ effudit ſup caput ipſi⁹ recūbentis. Vidētes aūt diſcipuli, indignati ſunt, dicentes. S Ut quid perditio hec? Potuit.n. vnguentum iſtud venundari multo, ꝛ dari pauperibus. C Sciēs autem Jeſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Mittens enim

enim hęc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendū me
fecit. Amen dico vobis, vbicunqz prędicatum fuerit hoc euan=
geliū in toto mundo, dicetur, ⁊ q̄d hęc fecit in memoriam eius.
C Tūc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iſcariotes
ad principes ſacerdotū: ⁊ ait illis. S Quid vultis mihi dare, ⁊
ego eū vobis tradā? C At illi ɔſtituerunt ei triginta argēteos.
Et exinde quęrebat opportunitatē: vt eum traderet. Prima
aūt die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes. S
Ubi vis paremus tibi comedere paſcha? C At Jeſus dixit. ✠
Ite in ciuitatez ad quendam: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Tem=
pus meuz prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.
C Et fecerunt diſcipuli ſicut ɔſtituit illis Jeſus: ⁊ parauerunt
paſcha. Veſpere aūt facto, diſcūbebat cum duodecim diſcipu=
lis ſuis: ⁊ edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus
veſtrum me traditurus eſt. C Et ɔtriſtati valde, cęperunt ſin=
guli dicere. S Nunquid ego ſum dn̄e? C At ipſe r̄ndens ait.
✠ Qui intingit mecū manū in paropſide: hic me tradet. Filius
quidē hoīs vadit: ſicut ſcriptū eſt de illo: Vę aūt homini illi: per
quē filius hoīs tradet. Bonū erat ei, ſi natus nō fuiſſet hō ille.
C R̄ndens aūt Judas qui tradidit eū: dixit. S Nunquid ego
ſum rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixiſti. C Cęnātibus aūt eis acce=
pit Jeſus panē: ⁊ bn̄dixit ac fregit deditqz diſcipulis ſuis: ⁊ ait.
✠ Accipite ⁊ comedite: hoc eſt corpus meum. C Et accipiens
calicem gr̄as egit: ⁊ dedit illis dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes.
Hic eſt. n. ſanguinis meus noui teſtamenti: qui pro multis effun
detur in remiſſionē peccatorū. Dico autem vobis: non bibam
amodo de hoc genimine vitis vſqz in diē illum: cum illuc bibaz
vobiſcū nouum in regno patris mei. C Et hymno dicto exie=
runt in montē oliueti. Tunc dixit illis Jeſus. ✠ Oēs vos ſcā=
dalū patiemini in me in iſta nocte. Scriptū eſt enim: Percutiā
paſtorez: ⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtq̄ꝫ autem reſurrexe=
ro: pręcedā vos in galilęā. C R̄ndens aūt Petrus, ait illi. S
Et ſi oēs ſcandalizati fuerint in te: ego nunquā ſcandalizabor.
C Ait illi Jeſus. ✠ Amen dico tibi: q2 in hac nocte anteq̄ꝫ gal=
lus cantet, ter me negabis. C Ait illi Petrus. S Etiaz ſi opor
tuerit me mori tecum: non te negabo. C Similiter omnes
diſcipuli dixerūt. Tunc venit Jeſus cum illis in villam, quę di=

citur Gethſemani: ⁊ dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec
vadam illuc, ⁊ orem. C Et aſſumpto Petro ⁊ duobus filijs Ze
bedei cepit contriſtari, ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis
eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Sedete hic, ⁊ vigilate mecum.
C Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans, ⁊ di
cens. ✠ Mi pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Ve
runtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. C Et venit ad diſci
pulos ſuos: ⁊ inuenit eos dormientes. Et dixit Petro. ✠ Sic?
Non potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate, vt
non intretis in tentationem. Spūs quidem promptus eſt, caro
aūt infirma. C Iterum ſecundo abijt, ⁊ orauit dicens. ✠ Pa
ter mi: ſi non pōt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat volun
tas tua. C Et venit iterum: ⁊ inuenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iteruꝫ abijt, ⁊ orauit
tertio eundem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos
⁊ dixit illis. ✠ Dormite iam ⁊ requieſcite. Ecce appropinqua
bit hora, ⁊ filius hominis tradetur in manus pctōrum. Surgi
te: eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. C Adhuc eo
loquente ecce Iudas vnus de duodecim venit: ⁊ cum eo turba
multa cum gladijs ⁊ fuſtibus, miſſi a principibus ſacerdotum, ⁊
ſenioribus populi. Qui aūt tradidit euꝫ, dedit illis ſignū dicēs.
S Quēcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt: tenete eū. C Et ꝯfeſtim
accedens ad Ieſum dixit. S Aue rabbi. C Et oſculatus eſt eū.
Dixitqꝫ illi Ieſus. ✠ Amice ad quid veniſti? C Tunc acceſſe
runt: ⁊ manus iniecerunt in Ieſum: ⁊ tenuerunt eum. Et ecce v
nus ex his qui erant cū Ieſu, extendens manū exemit gladium
ſuū: ⁊ percutiens ſeruum principis ſacerdotuꝫ amputauit auri
culā eius. Tunc ait illi Ieſus. ✠ Conuerte glaudiū tuū in locū
ſuū. Oēs. n. qui acceperint gladiuꝫ, gladio peribunt. An putas,
qꝛ non poſſum rogare patrē meū: ⁊ exhibebit mihi modo plus
q̄ duodecim legiones angelorūꝫ? Quō ergo implebuntur ſcri
pture? Quia ſic oportet fieri. C In illa hora dixit Ieſus turbis.
✠ Tanq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus comprehen
dere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: ⁊ non
me tenuiſtis. C Hoc aūt totū factuꝫ eſt, vt adimplerentur ſcri
pture prophetarum. Tunc diſcipuli oēs, relicto eo, fugerunt. At
illi tenentes Ieſum duxerunt euꝫ ad Cayphā principem ſacer
dotum,

dotum, vbi ſcribe ⁊ ſeniores conuenerant. Petrus aūt ſequeba
tur eum a longe vſque in atriū principis ſacerdotum. Et ingreſ=
ſus intro ſedebat cum miniſtris, vt videret finem. Principes
aūt ſacerdotum, ⁊ oē concilium querebant falſum teſtimonium
ↄtra Jeſum: vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerunt, cū mul
ti falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime aūt venerunt duo falſi te=
ſtes, ⁊ dixerunt. S Hic dixit, Poſſum deſtruere templum dei:
⁊ poſt triduum reedificare illud. C Et ſurgens princeps ſacer=
dotum ait illi. S Nihil rn̄des ad ea, que iſti aduerſum te teſti=
ficantur? C Jeſus aūt tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi.
S Adiuro te per Deū viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus fi
lius dei viui. C Dixit illi Jeſus. ✠ Tu dixiſti. Veruntn̄ dico
vobis, amodo videbitis filium hoīs ſedentez a deſtris virtutis
dei: ⁊ venientem in nubibus celi. C Tunc princeps ſacerdotum
ſcidit veſtimenta ſua dicens. S Blaſphemauit. Quid adhuc
egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiaz. Quid vobis
videtur? C At illi reſpondentes, dixerunt. S Reus eſt mortis.
C Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt.
Alij aūt palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophe=
tiza nobis Chrīe: quis eſt qui te percuſſit? C Petrus vero ſede=
bat foris in atrio. Et acceſſit ad eum vna ancilla, dicens. S Et
tu cum Jeſu Galileo eras. C At ille negauit coram omnibus,
dicens. S Neſcio quid dicis. C Exeunte aūt illo ianuam, vidit
eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. S Et hic erat cuz Jeſu
Nazareno. C Et iterum negauit cum iurō: quia non noui ho=
minem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui aſtabant, ⁊ dixerunt
Petro. S Vere ⁊ tu ex illis es: nā ⁊ loquela tua manifeſtum te
facit. C Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare: quia non nouiſſet homi=
nem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus
verbi Jeſu qd̄ dixerat, priuſq̄ gallus cantet, ter me negabis.
Et egreſſus foras fleuit amare. Mane aūt facto: conſilium inie
runt oēs pricipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi aduerſus Jeſuz,
vt eū morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pō=
tio Pilato preſidi. Tūc vidēs Judas, qui eū tradidit, q̄ damna
tus eſſet, pnīa ductus retulit triginta argēteos principibus ſa=
cerdotum, ⁊ ſenioribus, dicens. S Peccaui tradēs ſanguinem
iuſtum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? tu videris. C Et

 pro=

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proiectis argenteis in tēplo, receſſit: ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpen-
dit. Principes aūt ſacerdotum acceptis argenteiſ dixerunt. S
Nō licet eos mittere in corbonaꝫ: quia preciū ſanguinis eſt. C
Conſilio aūt inito, emerunt ex illis agruꝫ figuli in ſepulturā pe-
regrinorū. Propter hoc vocatus eſt ager ille Acheldemac, hoc
eſt ager ſanguinis: vſqꝫ in hodiernuꝫ diem. Tunc impletum eſt
quod dictū eſt per Jeremiā prophetā dicentē. Et acceperūt tri
ginta argenteos p̄ciū appreciati: quē appreciauerūt a filijs Iſ-
rael: ⁊ dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi dn̄s.
Jeſus aūt ſtetit ante p̄ſidē. Et interrogauit eū preſes, dicēs. S
Tu es rex Judeorum? C Dicit ei Jeſus. ✠ Tu dicis. C Et cū
accuſaretur a principibus ſacerdotū, ⁊ ſenioribus, nihil r̄ndit.
Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduerſum te di-
cunt teſtimonia. C Et non r̄ndit ei ad vllum verbuꝫ, ita vt mi-
raretur preſes vehementer. Per diem aūt ſolennem ꝯſueuerat
preſes dimittere populo vnum vinctum: quem voluiſſent. Ha-
bebat autem tunc vnum vinctū inſignem, qui dicebatur Bar-
rabas, qui pp̄ ſeditionem miſſus fuerat in carcereꝫ. Congrega-
tis aūt illis dixit Pilatus. S Quē vultis dimittaꝫ vobis: Bar
rabam an Jeſum, qui dicit Chriſtus? C Sciebat. n. ꝙ per inui-
diam tradidiſſent eum. Sedente aūt illo pro tribunali, miſit ad
illū vxor eius, dicens: S Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Multa. n. paſſa
ſum hodie per viſum pp̄ eū. C Principes aūt ſacerdotū ⁊ ſenio-
res perſuaſerunt populis, vt peterent Barrabā, Jeſuꝫ vero p-
derēt: R̄ndēs aūt preſes, ait illis. S Quē vultis vobis de duo-
buſ dimitti? C At illi dixerunt. S Barrabam. C Dicit illi Pi-
latuſ. S Quid ergo faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtuſ? C Di-
cunt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis preſes. S Quid. n. mali
fecit? C At illi magis clamabant, dicentes. S Crucifigatur.
C Videns aūt Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumul-
tus fieret accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. S
Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius: vos videritis. C Et
r̄ndens vniuerſus populus dixit. S Sanguis eius ſuper nos,
⁊ ſuper filios noſtros. C Tunc dimiſit illis Barrabam: Jeſum
autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites
preſidis ſuſcipientes Jeſum in pretorio, congregauerunt ad
eum vniuerſam cohortem: Et exuentes eum, chlamydem coc-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cineam circundederunt ei: ⁊ plectentes coronam de ſpinis po-
ſuerunt ſuper caput eius, ⁊ arundinem in dextera eius: ⁊ genu-
flexo ante eum illudebant ei dicentes. S Aue rex iudeorum. C
Et expuentes in eum acceperunt arundinem, ⁊ percutiebant
caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei: exuerunt eum chlamyde: ⁊
induerunt eum veſtimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifige-
rent. Exeuntes aūt inuenerunt hoīem Cyreneum venientem de
villa, noīe Simonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucem
eius. Et venerunt in locum qui dr̄ Golgotha, quod ēſt Calua-
rie locus: ⁊ dederunt ei vinum bibere cum felle miſtū. Et cum
guſtaſſet noluit bibere. Poſtquam aūt crucifixerunt eum, diuiſerūt
veſtimenta eius ſortem mittentes: vt impleretur qḋ dictum eſt
per prophetam dicentē: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ⁊ ſu-
per veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedētes ſeruabant eum.
Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic
eſt Jeſu Nazarenus rex Judeorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo
duo latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus a ſiniſtris. Pretereuntes
autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, ⁊ dicentes.
S Vah qui deſtruis tēplū dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Sal-
ua temetipſum. Si filius dei es, deſcende de cruce. C Similiter
⁊ principes ſacerdotū illudentes cum ſcribis, ⁊ ſenioribus di-
cebant. S Alios ſaluum fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum face-
re. Si rex Jſrael eſt: deſcendat nunc de cruce, ⁊ credimus ei. Cō
fidit in deo: liberet eū nūc ſi vult. Dixit. n. qꝛ filius dei ſum. C Jd
ipſū aūt ⁊ latrones qui crucifixi erāt cū eo, improperabāt ei. A
ſexta aūt hora tenebre facte ſunt ſup vniuerſā terrā vſqꝫ ad ho
rā nonā. Et circa horā nonam clamauit Jeſus voce magna di-
cēs. ✠ Eli Eli lamazabachthani? C Hoc ē. ✠ Deus meus,
deus meus, vt qd dereliquiſti me? C Quidā aūt illic ſtātes ⁊ au-
dientes, dicebāt. S Eliā vocat iſte. C Et ꝯtinuo currēs vnus ex
eis acceptā ſpōgiā ipleuit aceto: ⁊ ipōſuit arūdini, ⁊ dabat ei bi
bere. Ceteri vero dicebant. S Sine videamus an veniat Elias
liberans eum. C Jeſus aūt iterum clamans voce magna emiſit
ſpūm. Et ecce velū tēpli ſciſſū eſt in duas partes a ſummo vſqꝫ
deorſū: ⁊ terra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumenta aper
ta ſunt: ⁊ multa corpora ſcōꝝ qui dormierant, ſurrexerunt. Et
exeuntes de monumentis poſt reſurrectionē eius, venerunt in

ſanctam

ſcām ciuitatē: ⁊ apparuerunt multis. Cēturio aūt, ⁊ qui cum eo
erant cuſtodiētes Jeſum, viſo terręmotu, ⁊ his quę fiebant, ti-
muerunt valde, dicētes. S Uere filius dei erat iſte. S Erāt au-
tē ibi mulieres multę a longe, quę ſecutę erant Jeſum a galilęa
miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria
Jacobi, ⁊ Joſeph mr̄, ⁊ mr̄ filiorum Zebedęi. Cū ſero aūt factū
eſſet, venit quidaz homo diues ab Arimathęa noīe Joſeph, qui
⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu. Hic acceſſit ad Pilatū: ⁊ petijt cor-
pus Jeſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpo-
re Joſeph: inuoluit illud ī ſindone mūda: ⁊ poſuit illud ī monu-
mēto ſuo nouo, qd̓ exciderat ī petra. Et aduoluit ſaxū magnum
ad hoſtiū monumēti, ⁊ abijt. Erāt āt ibi Maria Magdalene, ⁊
altera Maria, ſedētes ꝯtra ſepulcrū. Hic cātat̄ ī tono euāgelij.
Altera aūt die, quę eſt poſt paraſceuē, ꝯuenerunt principes
ſacerdotum ⁊ Phariſęi ad Pilatuz, dicētes. Dn̄e recorda-
ti ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs: poſt tres dies re-
ſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſepulcrum vſque in diē tertium: ne
forte veniant diſcipuli eius, ⁊ furentur eum: ⁊ dicat plebi: ſurre-
xit a mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pi-
latus: Habetis cuſtodiā: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Jlli aūt abeū-
tes munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

## ¶ Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſm̄ Marcum. Cap. 14.



In illo tp̄e: erat Paſcha ⁊ azyma poſt bi-
duū: ⁊ q̄rebāt ſūmi ſacerdotes ⁊ ſcribę, quō
Jeſū dolo tenerēt, ⁊ occiderent. Dicebāt. n. S
Nō ī die feſto. Ne forte tumult⁹ fieret in populo.
C Et cū eēt Jeſ⁹ Bethanię ī domo Simonis
leproſi, ⁊ recūberet: venit mulier hn̄s alabaſtrū
vnguēti nardi ſpicati p̄cioſi: ⁊ fracto alabaſtro
effudit ſup̄ caput ei⁹. Erāt aūt qdā indigne ferētes intra ſemeti-
pſos, ⁊ dicētes. S Ut qd p̄ditio iſta vnguēti facta eſt: poterat. n.
vnguētū iſtud venūdari pluſq̄ trecētis denarijs, ⁊ dari paupi-
bus. C Et fremebāt in eā. Jeſ⁹ aūt dixit. ✠ Sinite eā. Quid illi
moleſti eſtis: Bonū op⁹ opata eſt in me. Sēp. n. paupes hēbitis
vobiſcū: ⁊ cū volueritis, poteſtis illis bn̄facere: me aūt nō ſemp
habebitis. Qd̓ habuit hoc fecit: p̄uenit vngere corpus meuz in
ſepulturā. Amē dico vobis: vbicūq; p̄dicatū fuerit euangelium
iſtud

iſtud in vniuerſo mũdo, ⁊ qđ hęc fecit, narrabitur in memoriaʒ
eius. C Et Judas Jſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſum=
mos ſacerdotes: vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt,
⁊ promiſerunt ei pecuniã ſe daturos. Et quęrebat quo illũ op=
portune traderet. Et primo die azymorũ, qñ Paſcha immola=
bant, dicunt ei diſcipuli. S Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt
mãduces Paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis.
✠ Ite in ciuitatẽ: ⁊ occurret vobis hõ lagenam aquę baiulãs.
Sequimini eũ: ⁊ quocũqʒ introierit dicite dño domus, qꝛ ma=
giſter dicit. vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cũ diſcipulis meis
manducẽ? Et ipſe vobis demonſtrabit cęnaculuʒ grande ſtra=
tum: ⁊ illic parate nobis. C Et abierunt diſcipuli eius: ⁊ vene=
runt in ciuitatẽ: ⁊ inuenerunt ſicut dixerat illis: ⁊ parauerũt pa
ſcha. Veſpere aũt facto venit cum duodecim: ⁊ diſcumbẽtibus
eis, ⁊ manducantibus ait Jeſus. ✠ Amẽ dico vobis: quia vnus
ex vobis me tradet, qui manducat mecum. C At illi cęperunt
ꝯtriſtari, ⁊ dicere ei ſingillatim. S Nunquid ego? C Qui ait il
lis. ✠ Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in cati=
no. Et filius quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt de eo. Vę au=
tẽ homini illi, per quẽ filius hominis tradetur. Bonum erat ei:
ſi non eſſet natus homo ille. C Et manducantibus illis acce=
pit Jeſus panẽ: ⁊ bñdicẽs fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. ✠ Sumite,
hoc eſt corpus meum. C Et accepto calice, gratias agẽs, dedit
eis. Et biberunt ex illo oẽs: ⁊ ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis meus
noui teſtamenti: qui pro multis effundetur. Amẽ dico vobis: ꝙ
iã nõ bibã de genimine vitis vſqʒ in diẽ illũ: cũ illud bibam vo
biſcũ nouũ i regno dei. C Et hymno dicto, exierunt in monteʒ
oliuarũ: ⁊ ait illis Jeſus. ✠ Oẽs vos ſcandalizabimini in me
in nocte iſta, qꝛ ſcriptũ eſt: Percutiam paſtorẽ, ⁊ diſpergẽtur o=
ues. Sed poſtꝙ̃ reſurrexero, pręcedã vos in galilęã. C Petrus
aũt ait illi. S Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint: ſed non ego. C Et
ait illi Jeſus. ✠ Amẽ dico tibi, qꝛ tu hodie in nocte hac priuſ=
ꝙ̃ bis gallus vocẽ dederit, ter me es negaturus. C At ille am=
plius loquebat. S Et ſi oportuerit me ſimul cõmori tibi, nõ te
negabo. C Silr̃ aũt ⁊ oẽs dicebant. Et veniunt in pręduʒ cui
nomen Gethſemani: ⁊ ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec
orem. C Et aſſumpſit Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joanneʒ ſecum:

⁊ cępit

⁊ cępit pauere ⁊ tędere. Et ait illis. ✠ Triſtis ē aīa mea vſq₃ ad
mortez. Suſtinete hic, ⁊ vigilate. C Et cum proceſſiſſet paulu-
lum, procidit ſuper terram: ⁊ orabat, vt ſi fieri poſſet trāſiret ab
eo hora: ⁊ dixit. ✠ Abba, pr̄, oīa tibi poſſibilia ſunt: trāſfer cali-
cem hunc a me. Sed non quod ego volo, ſed qđ tu. C Et venit,
⁊ inuenit eos dormientes: ⁊ ait Petro: ✠ Simon dormis? Nō
potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigilate ⁊ orate: vt non in-
tretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus eſt, caro autē
infirma. C Et iterum abiens orauit eundez ſermonem dicens.
Et reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant .n. oculi eo-
rum grauati: ⁊ ignorabant quid r̄nderent ei. Et venit tertio: ⁊
ait illis. ✠ Dormite iam: ⁊ requieſcite. Sufficit. Venit hora: ec
ce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite ea-
mus: ecce qui me tradet, prope eſt. C Et adhuc eo loquente ve-
nit Judas Iſcariotes vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa
cū gladijs ⁊ lignis miſſi a ſummis ſacerdotibus ⁊ ſcribis, ⁊ ſe-
nioribus. Dederat autē traditor eis ſignum, dicens. S Quēcū-
que oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum: ⁊ ducite caute. C Et cū
veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et oſculatus
eſt eū. At illi manus iniecerunt in eum: ⁊ tenuerunt eum. Vnus
aūt de circunſtantibus educēs gladium percuſſit ſeruuz ſummi
ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et r̄ndēs Jeſus, ait il-
lis. ✠ Tāq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ lignis cōphēdere
me. Quotidie apud vos erā i tēplo docēs: ⁊ nō me tenuiſtis. Sed
vt adimpleātur ſcripturę. C Tūc diſcipuli eius relinquētes eū
oēs fugerunt. Adoleſcēs autē quidā ſequebatur eū amictus ſin-
done ſup nudo: ⁊ tenuerunt eū. At ille reiecta ſindone nudus p-
fugit ab eis. Et adduxerūt Jeſum ad ſummum ſacerdotem: ⁊ c-
uenerunt oēs ſacerdotes, ⁊ ſcribę, ⁊ ſeniores. Petrus aūt a lōge
ſecutus ē euz vſq₃ intro i atrium ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cū
miniſtris: ⁊ calefaciebat ſe ad ignē. Sūmi vero ſacerdotes ⁊ oē
cōcilium q̄rebant aduerſus Jeſuz teſtimoniū: vt eū morti trade-
rēt: nec inueniebant. Multi .n. teſtimonium falſum dicebant ad
uerſus eum: ⁊ cōuenientia teſtimonia nō erāt. Et qdā ſurgentes
falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicētes. S Qm̄ nos
audiuimus eum dicentē, Ego diſſoluam templuz hoc manu fa-
ctuz: ⁊ poſt triduum aliud nō manufactum ędificabo. C Et nō
erat

erat ↄueniens teſtimoniũ illorũ. Et exurgẽs ſummus ſacerdos
in mediũ interrogauit Jeſum dicens. S Nõ rñdes quicq̃ ad
ea. q̃ tibi obijciunt ab his? C Ille autem tacebat: ⁊ nihil rñdit.
Rurſus ſummus ſacerdos interrogabat eũ: ⁊ dixit ei. S Tu es
Chis filius dei bñdicti? C Jeſus aũt dixit illi. ✠ Ego ſum. Et
videbitis filium hoĩs ſedentẽ a dextris virtutis dei, ⁊ venientẽ
cum nubibus celi. C Summus autem ſacerdos ſcindens veſti
menta ſua, ait. S Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis
blaſphemiam. Quid vobis vr̃? C Qui oẽs ↄdemnauerunt euz
eſſe reum mortis. Et ceperunt quidam conſpuere eum, ⁊ velare
faciem eius, ⁊ colaphis euz cedere, ⁊ dicere ei. S Prophetiza.
C Et miniſtri alapis eum cedebant. Et cum eſſet Petrus in
atrio deorſum: venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis: ⁊ cuz vi
diſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait. S Et tu
cum Jeſu nazareno eras. C At ille negauit, dicens. S Neque
ſcio: neqz noui quid dicas. C Et exijt foras añ atrium: ⁊ gallus
cantauit. Rurſus aũt cum vidiſſet illũ alia ancilla, cepit dicere
circunſtantibus: S Q2 hic ex illis eſt. C At ille iteruz negauit.
Et poſt puſillũ rurſus q aſtabãt dicebãt Petro. S Uere ex illis
es. nã ⁊ galileus es. C Ille aũt cepit anathematizare ⁊ iurare:
q2 neſcio hoĩez iſtũ, quẽ dicitis. Et ſtatim iterũ gallus cantauit.
Et recordat⁹ ẽ Petrus verbi, qd dixerat ei Jeſus, priuſq̃ gal-
lus cãtet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et ↄfeſtĩz mane cõ-
ſiliũ facientes ſummi ſacerdotes cũ ſenioribus ⁊ ſcribis ⁊ vniuer
ſo ↄcilio, vincientes Jeſum duxerunt ⁊ tradiderunt Pilato. Et
interrogauit eũ Pilatus. S Tu es rex iudeorum? C At ille rñ-
dens ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſabãt eũ ſummi ſacerdotes
in multis. Pilatus aũt rurſus interrogauit eũ, dicens. S Non
rñdes quicq̃? Uides in q̃tis te accuſant? C Jeſus aũt ampli⁹
nihil rñdit: ita vt miraret Pilatus. Per diem aũt feſtum, ſole-
bat illis dimittere vnum ex vinctis, quẽcunqz petijſſent. Erat
aũt vnus: qui dicebat Barrabas, q cũ ſeditioſis erat vinctus,
q in ſeditione fecerat homicidiũ. Et cũ aſcendiſſet turba: cepit
rogare, ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pilatus aũt rñdit eis: ⁊ dixit.
S Uultis dimittã vobis regem iudeorum? C Sciebat. n. q̄ ꝓ
inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices au-
tẽ concitauerunt turbam: vt magis Barrabam dimitteret eis.

Pila-

Pilatus autem iterum rñdes, ait illis. S Quid ergo vultis fa-
ciã regi iudeorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige
eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid.n. mali fecit? C At
illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus aũt volẽs
populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barrabam: ⁊ tradidit Ieſum
flagellis ceſũ: vt crucifigeretur. Milites aũt duxerunt eum in-
tro in atrium ꝑtorij: ⁊ ꝯuocãt totam cohortez. Et induunt eum
purpura: ⁊ imponunt ei plectentes ſpineam coronã: ⁊ ceperũt
ſalutare eum. S Aue rex iudeorũ. C Et percutiebant caput e-
ius arundine: ⁊ ꝯſpuebant eũ: ⁊ ponẽtes genua, adorabãt eum.
Et poſtq̃ illuſerunt ei: exuerunt illum purpura: ⁊ induerunt eũ
veſtimentis ſuis: ⁊ educunt illum, vt crucifigerent eum. Et an-
gariauerunt pretereuntem quempiam Simonem Cyreneum
venientez de villa p̄rem Alexandri ⁊ Rufi: vt tolleret crucẽ eius.
Et perducũt euz in Golgotha locũ: qđ eſt interpretatũ Calua-
rie locus. Et dabant ei bibere myrrhatuz vinum: ⁊ non accepit.
Et crucifigentes eũ diuiſerunt veſtimẽta eius, mittẽtes ſortẽ ſu-
per eis: vt quis quid tolleret. Erat aũt hora tertia: ⁊ crucifixe-
runt eum. Et erat titulus cauſe eius inſcriptus: Rex iudeorum.
Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnũ a dextris eius, ⁊ aliũ a ſi-
niſtris. Et adimpleta eſt ſcriptura, q̃ dicit. Et cũ iniquis reputa-
tus eſt. Et ꝑtereuntes blaſphemabant eũ, mouẽtes capita ſua, ⁊
dicẽtes. S Vah qui deſtruis tẽplũ dei: ⁊ i tribus diebus redi-
ficas. Saluũ fac temetipſum deſcẽdẽs de cruce. C Silr ⁊ ſum-
mi ſacerdotes illudẽtes ad alterutrũ cũ ſcribis, dicebãt. S A-
lios ſaluos fecit: ſeipſuz non põt ſaluũ facere. Si rex Iſrael eſt,
deſcendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. C Et qui
cũ eo crucifixi erant ꝯuiciabãtur ei. Et facta hora ſexta, tenebre
facte ſunt ſuꝑ terrã, vſqꝫ i horã nonã. Et hora nona exclamauit
Ieſus voce magna, dicẽs. ✠ Eloi, Eloi lamazabathani? C Qđ
eſt interpretatum. ✠ Deus meus, deus meus, vt qđ dereliquiſti
me C Et quidã de circũſtãtibus audiẽtes dicebãt. S Ecce Eliã
vocat. C Currẽs aũt vnus, ⁊ implẽs ſpongiã aceto, circũponẽſ-
que calamo potũ dabat ei, dicẽs. S Sinite videamus, ſi veniat
Elias ad deponendum eũ. C Ieſus aũt emiſſa voce magna ex-
pirauit. Et velũ tẽpli ſciſſum eſt in duo, a ſummo vſque deorſum.
Videns aũt cẽturio, q ex aduerſo ſtabat: q2 ſic clamãs expiraſſet,
ait,

ait. S Vere hic hõ filius dei erat. C Erant aũt ibi mulieres de
lõge aſpiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria
Jacobi minoris, ⁊ Joſeph mr̃, ⁊ Salome. Et cũ eſſet in galilea:
ſequebantur eũ, ⁊ miniſtrabãt ei: ⁊ alie multe, que ſimul cum eo
aſcenderant Jeroſolymam. Hic legitur in tono euangelij.

Et cum iam ſero eſſet factum: qr erat paraſceue, qd eſt ante
ſabbatũ: venit Joſeph ab Arimathia nobilis decurio: qui
⁊ ipſe erat expectans regnum dei: ⁊ audacter introiuit ad Pi
latum: ⁊ petijt corpus Jeſu. Pilatus aũt mirabatur ſi iã obijſ-
ſet. Et accerſito Centurione: interrogauit eum, ſi iam mortuus
eſſet. Et cum cognouiſſet a Cẽturione, donauit corpus Joſeph.
Joſeph autem mercatus eſt ſindonem: ⁊ deponens eum, inuo-
luit ſindone: ⁊ poſuit eum in monumento quod erat exciſum in
petra: ⁊ aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſm̃ Lucam. Cap. 22.



In illo tpe: C Appropinquabat aũt dies fe-
ſtꝰ azymorũ, qui dr̃ paſcha: ⁊ q̃rebãt princi-
pes ſacerdotũ, ⁊ ſcribe: quõ Jeſum interficerent.
Timebãt vero plebẽ. Intrauit aũt ſatanas in Ju
dam, qui cognominabat Iſcariotes, vnũ de duo
decim: ⁊ abijt ⁊ locutus eſt cũ principibus ſacer
dotũ ⁊ magiſtratibꝰ: quẽadmodũ traderet illũ
eis. Et gauiſi ſũt, ⁊ pacti ſũt pecuniã illi dare. Et ſpoſpondit. Et
q̃rebat opportunitatẽ, vt traderet eũ ſine turbis. Venit aũt dies
azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha: ⁊ miſit Petrum ⁊
Joannẽ, dicens. ✠ Euntes parate nobis paſcha, vt manduce
mus. C At illi dixerunt: S Vbi vis paremus? C Et dixit ad
eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vo-
bis hõ, amphorã aque portans: ſequimini eũ in domũ, in quã
intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter: Vbi
eſt diuerſorium, vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducẽ? Et ip
ſe vobis oſtendet cenaculũ magnũ ſtratũ: ⁊ ibi parate. C Eun
tes aũt inuenerunt ſicut dixit illis Jeſus: ⁊ parauerũt paſcha.
Et cum facta eſſet hora, diſcubuit: ⁊ duodecim apl̃i cum eo. Et
ait illis. ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vo-
biſcum, anteq̃ patiar. Dico. n. vobis: qr ex hoc non manduca-
bo illud: donec impleatur in regno Dei. C Et accepto calice
gratias

grãs egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico.n. vobis: q2 non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. ¶ Et accepto pane, grãs egit, ⁊ fregit, ⁊ dedit eis, dicens. ✠ Hoc eſt corpus meum: qđ pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. ¶ Similiter ⁊ calicem, poſtq̃ cenauit, dicens. ✠ Hic calix nouum teſtamentuz eſt in ſanguine meo: qui pro vobis effundetur. Veruntñ ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem filius hoīs ſm q̄ diffinitum eſt, vadit. Veruntñ ve homini illi per quez tradetur. ¶ Et ipſi ceperunt querere inter ſe: quis eſſet ex eis: qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem ⁊ contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: ✠ Reges gentium dominantur eorum, ⁊ qui pr̃atem hñt ſuper eos benefici vocantur. Vos autez non ſic. Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: ⁊ qui preceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autẽ in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vos aũt eſtis, qui permãſiſtis mecũ in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pr̃ meus regnũ: vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſaz meã in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. ¶ Ait autem dñs Simoni. ✠ Simon: ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego aũt rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliqñ conuerſus cõfirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei. S Dñe tecum paratus ſum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. ¶ Et ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges noſſe me. ¶ Et dixit eis. ✠ Qñ miſi vos ſine ſacculo, ⁊ pera, ⁊ calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? ¶ At illi dixerunt. S Nihil. ¶ Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet ſacculum tollat ſiĺr ⁊ peram: ⁊ qui non habet, vendat tunicam ſuam: ⁊ emat gladium. Dico.n. vobis, qm̃ adhuc hoc qđ ſcriptũ eſt, oportet impleri in me. Et cũ iniq̃s deputatus eſt. Etenīz ea, q̃ ſunt de me, finem hñt. ¶ At illi dixerunt. S Dñe ecce gladij duo hic. ¶ At ille dixit eis. ✠ Satis eſt. ¶ Et egreſſus ibat ſm conſuetudinẽ in montem oliuarum. Secuti ſunt autem illum ⁊ diſcipuli eius. Et cum perueniſſent ad locum, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tentationem. ¶ Et ipſe auulſus eſt ab eis quantuz iactus eſt lapidis:

ꝛ poſitis genibus orabat, dicens. ✠ P̄r ſi vis, transfer calicez
iſtū a me. Veruntñ nō mea voluntas, ſed tua fiat. C Apparuit
aūt illi angelus de cęlo ↄfortans eum. Et factus in agonia pro
lixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttę ſanguinis de=
currẽtis in terrā. Et cū ſurrexiſſet ab orōne, ꝛ veniſſet ad diſci=
pulos ſuos: inuenit eos dormientes prę triſtitia: ꝛ ait illis. ✠
Quid dormitis? Surgite ꝛ orate, ne intretis in tẽtationē. C ad
huc eo loquẽte, ecce turba, ꝛ q vocabat̄ Judas vnus de duode=
cim antecedebat eos: ꝛ appropinquauit Jeſu, vt oscularet̄ eum
Jeſus aūt dixit illi. ✠ Juda oſculo filium hoīs tradis? Viden=
tes aūt hi, qui circa ipſum erant, qđ futurū erat, dixerunt ei. S
Dn̄e ſi percutimus in gladio? C Et percuſſit vnus ex illis ſer=
uū principis ſacerdotum: ꝛ amputauit auriculā eius dexteram.
Rn̄dens aūt Jeſus ait. ✠ Sinite vſqꝫ huc. C Et cum tetigiſ=
ſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit aūt Jeſus ad eos, q ve=
nerant ad ſe principes ſacerdotum, ꝛ magiſtratus tẽpli, ꝛ ſenio
res. ✠ Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs ꝛ fuſtibus: cum
quotidie vobiſcum fuerim in tẽplo, ꝛ non extendiſtis manus in
me. Sed hęc eſt hora veſtra, ꝛ poteſtas tenebrarum. C Com=
prehendentes autez eum duxerunt ad domum principis ſacer=
dotū. Petrus vero. ſequebatur eum a lōge. Accenſo aūt igne in
medio atrij, ꝛ circūſedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorū.
Quē cū vidiſſet ancilla q̄dā ſedentē ad lumen, ꝛ cū fuiſſet intui=
ta, dixit. S Et hic cū illo erat. C At ille negauit euz, dicens. S
Mulier nō noui illū. C Et poſt puſillū alius videns eū dixit. S
Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O hō nō ſum. C Et in=
teruallo facto quaſi horę vnius, alius quidā affirmabat, dicēs.
S Verę ꝛ hic cū illo erat. Nā ꝛ galilęus eſt. C Et ait Petrus.
S Hō, neſcio quid dicis. C Et ↄtinuo adhuc illo loquente, cā
tauit gallus: ꝛ ↄuerſus dn̄s reſpexit Petrum. Et recordatus eſt
Petrus verbi dn̄i ſicut dixerat: qꝛ priuſq̄ȝ gallus cantet, ter me
negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Et q tenebant
Jeſum illudebāt ei, cędentes eū. Et velauerūt eū: ꝛ pcutiebāt fa
ciē eius: ꝛ interrogabāt eū, dicētes. S Prophetiza: quis eſt qui
te percuſſit? C Et alia multa blaſphemantes dicebant in euz.
Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis ꝛ principes
ſacerdotū, ꝛ ſcribę: ꝛ duxerunt illum in ↄcilium ſuum, dicētes.

S Si tu es Chꝛs dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobiſ dixero,
non credetis mihi. Si aūt interrogauero: non rn̄debitis mihi,
neqꝫ dimittetis. Ex hoc aūt erit filius hoīs ſedens a dextris vir
tutis dei. C Dixerunt aūt oēs. S Tu ergo eſ filius dei? C Qui
ait. ✠ Vos dicitis qꝛ ego ſum. C At illi dixerunt. S Quid ad
huc deſideramus teſtimonium? Ipſi .n. audiuimus ex oꝛe eius.
C Et ſurgens oīs multitudo eorum duxerunt illum ad pilatuꝫ.
Ceperunt aūt illū accuſare dicentes. S Hunc inuenimus ſub-
uertentē gentē noſtrā: ⁊ pꝛohibentē tributa dari Ceſari: ⁊ dicē-
tem ſe Chꝛiſtum regē eſſe. C Pilatus aūt interrogauit eum di-
cens. S Tu es rex iudeorum? C At ille rn̄dens, ait. ✠ Tu di-
cis. C Ait aūt pilatus ad pꝛincipes ſacerdotuꝫ ⁊ turbaſ. S Ni-
hil inuenio cauſe in hoc hoīe. C At illi inualeſcebant, dicētes.
S Cōmouit populum docens per vniuerſaꝫ iudeā, incipiens a
galilea vſqꝫ huc. C Pilatus aūt audiēs galileā, interrogauit
ſi hō galileus eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis ptāte eſſet, re-
miſit eum ad herodem: qui ⁊ ipſe ieroſolymis erat illis diebus.
Herodes autem viſo Jeſu, gauiſus eſt valde. Erat .n. cupiens ex
multo tpe videre eum, eo ꝙ audierat multa de illo, ⁊ ſperabat
ſignum aliqđ videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illum multis
ſermonibus. At ipſe nihil illi rn̄debat. Stabant autē pꝛincipes
ſacerdotū ⁊ ſcribe ꝯſtanter accuſantes eum. Spꝛeuit aūt illum
herodes cum exercitu ſuo, ⁊ illuſit indutum veſte alba: ⁊ remi-
ſit ad Pilatuꝫ. Et facti ſunt amici herodes ⁊ pilatus in ipſa die.
Nā antea inimici erant adinuicē. Pilatus aūt ꝯuocatis pꝛinci
pibus ſacerdotū, ⁊ magiſtratibus, ⁊ plebe, dixit ad illoſ. S Ob
tuliſtiſ mihi hunc hoīem quaſi auertentē populū: ⁊ ecce ego co
raꝫ vobis interrogans, nullā cām inuenio in hoīe iſto ex his in
quibus eū accuſatis. Sed neqꝫ herodes. Nam remiſi vos illum.
Et ecce nihil dignū moꝛte actū eſt ei. Emēdatū ergo illū dimit
tā. C Neceſſe aūt habebat dimittere eis per dieꝫ feſtū vnū. Ex
clamauit aūt ſimul vniuerſa turba, dicens. S Tolle hunc: ⁊ di-
mitte nobis barrabā. C Qui erat ꝓꝑ ſeditionē quādā factā in
ciuitate ⁊ homicidiū miſſus in carcerē. Iterū aūt pilatus locu-
tus eſt ad illos volenſ dimittere Jeſum. At illi ſucclamabāt, di-
centes. S Crucifige, crucifige illū. C Ille aūt tertio dixit ad il
los. S Quid .n. mali fecit iſte? Nullā cām moꝛtis inuenio in eo.

Corripiã ergo illum, ⁊ dimittã. C At ille ſtabant vocibus ma=
gnis poſtulantes vt crucifigeretur: ⁊ inualeſcebant voces eo=
rum: ⁊ pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimiſit aũt illis
eum, qui pp homicidium ⁊ ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerem,
quẽ petebant: Jeſum vero tradidit voluntati eorum. Et cũ du=
cerent eum, apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenenſem ve=
nientẽ de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucẽ portare poſt Jeſum. Se
quebatur aũt illum multa turba populi ⁊ mulierum: quę plan=
gebant ⁊ lamentabantur eum. Conuerſus autez ad illas Jeſus,
dixit. ✠ Filię Jeruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſip=
ſas flete, ⁊ ſuper filios veſtros: qm̃ ecce venient dies, in quibus
dicent: Beatę ſteriles ⁊ ventres qui non genuerunt: ⁊ vbera
quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite
ſuper nos: ⁊ collibus operite nos: quia ſi in viridi ligno hoc fa=
ciunt, in arido quid fiet? C Ducebantur aũt alij duo neq̃ cum
eo, vt interficerentur. Et poſtq̃ venerunt in locum qui vocatur
Caluarię, ibi crucifixerunt eum ⁊ latrones: vnum a dextris, ⁊ al
terum a ſiniſtris. Jeſus aũt dicebat. ✠ Pr̃ dimitte illis: non.n.
ſciunt quid faciunt. C Diuidentes vero veſtimenta eius miſe=
runt ſortes. Et ſtabat populus expectans: ⁊ deridebant eũ prin
cipes cum eis dicentes. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluũ fa=
ciat, ſi hic eſt Chr̃s Dei electus. C Illudebant aũt ei ⁊ milites
accedentes: ⁊ acetũ offerentes ei, ⁊ dicentes. S Si tu es rex iu=
dęorũ ſaluũ te fac. C Erat autẽ ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſup eũ
literis grecis, latinis, ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudęorum. Unus
aũt de his qui pendebant latronibus, blaſphemabant eum, di=
cens. S Si tu es Chr̃s, ſaluũ fac temetipſum, ⁊ nos. C Rñdẽs
aũt alter increpabat eum, dicẽs. S Neq̃ tu times deũ: qui in
eadẽ dãnatione es. Et nos quidẽ iuſte: naz digna factis recipi=
mus: hic vero nihil mali geſſit. C Et dicebat ad Jeſuz. S Dñe
memẽto mei, cũ veneris in regnũ tuum. C Dixit illi Jeſus. ✠
Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. C Erat autẽ fere
hora ſexta: ⁊ tenebrę factę ſunt in vniuerſa terra vſq̃ in horam
nonã. Et obſcuratus eſt ſol, ⁊ velũ tẽpli ſciſſum eſt mediũ. Et cla
mans Jeſus voce magna ait. ✠ Pr̃ in manus tuas commendo
ſpũm meũ. C Et hęc dicens expirauit. Uidens autẽ Centurio
qđ factum fuerat ⁊ glorificauit deum dicens. S Uere hic hõ iu

ſtus erat. ℂ Et oĩs turba eorum qui ſimul aderant ad aſpectacu
lũ iſtud, ⁊ videbãt q̃ fiebant, pcutiẽtes pectora ſua reuertebant.
Stabant aũt oẽs noti eius a longe, ⁊ mulieres que ſecute erãt
eum a galilea hec videntes. Hic cantatur in tono euangelij.
E⁊ ecce vir nomine Joſeph, qui erat decurio: vir bonus ⁊
iuſtus. Hic non conſenſerat conſilio ⁊ actibus eorum, ab
Arimathea ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipſe regnum Dei.
Hic acceſſit ad Pilatum: ⁊ petijt corpus Jeſu. Et depoſitum
inuoluit ſindone: ⁊ poſuit eum in monumento exciſo, in quo
nondum quiſquam poſitus fuerat.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſm Joannem. Cap. 18.



In illo tpe, Egreſſus ẽ Jeſ⁹ cũ diſcipulis ſuis
trans torrẽtẽ Cedrõ, vbi erat hort⁹: in quẽ
introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat aũt ⁊ Ju-
das qui tradebat eũ, locum: qꝛ frequenter Jeſus
conuenerãt illuc cũ diſcipulis ſuis. Judas ergo
cũ accepiſſet cohortẽ, ⁊ a põtificib⁹ ⁊ phariſeis
miniſtros: venit illuc cum laternis ⁊ facib⁹ ⁊ ar-
mis. Jeſ⁹ itaqꝫ ſciẽs oĩa q̃ vẽtura erãt ſup eũ, p-
ceſſit, ⁊ dixit eis. ✠ Quẽ queritis? ℂ Reſponderunt ei. S Jeſũ
Nazarenum. ℂ Dicit eis Jeſus. ✠ Ego ſum. ℂ Stabat au-
tem ⁊ Judas qui tradebat eum cum ipſis. Ut ergo dixit eis ego
ſum, abierunt retrorſum, ⁊ ceciderunt in terram. Iterum ergo
interrogauit eos: ✠ Quẽ q̃ritis? ℂ Illi aũt dixerunt. S Jeſũ
Nazarenũ. ℂ Rñdit Jeſus. ✠ Dixi vobis qꝛ ego ſum. Si er-
go me queritis, ſinite hos abire. ℂ Ut impleretur ſermo, quem
dixit. Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quẽq̃. Si-
mon ergo Petrus hñs gladium eduxit eum, ⁊ percuſſit ponti-
ficis ſeruũ: ⁊ abſcidit auriculã eius dexterã. Erat aũt nomen ſer-
uo Malchus. Dixit ergo Jeſus Petro. ✠ Mitte gladiũ tuum
in vaginã. Calicem quem dedit mihi pr̃, non vis vt bibam illũ?
ℂ Cohors ergo, ⁊ tribunus, ⁊ miniſtri iudeorum comprehen-
derunt Jeſum: ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad An-
nam primum, Erat enim ſocer Caiphe: qui erat Pontifex
anni illius. Erat autem Caiphas qui conſilium dederat iu-
deis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequeba-
tur autem Jeſum Simon Petrus, ⁊ alius diſcipulus. Diſcipu-
lus

lus aũt ille notus erat pontifici: ⁊ introiuit cum Jeſu in atrium pontificis. Petrus aũt ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui notus erat pontifici: ⁊ dixit oſtiarię: ⁊ introdu‍xit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. S. Nunquid ⁊ tu es ex diſcipulis hoĩs iſtius? C. Dixit ille. S. Nõ ſũ. C. Stabant aũt ſerui, ⁊ miniſtri ad prunas, quia frigus erãt: ⁊ calefaciebant ſe. Erat aũt cum eis Petrus ſtans, ⁊ calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Jeſum de diſcipulis ſuis, ⁊ de doctrina eius. Reſpõdit Jeſus. ✠ Ego palam locutus ſum mũdo. Ego ſemper docui in ſynagoga ⁊ in tẽplo: quo oẽs iudęi cõueniunt. Et in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui me audierunt, qd locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciũt q̃ dixerim ego. C. Hęc aũt cum dixiſſet vnus aſſiſtẽs miniſtrorum dedit alapam Jeſu, dicens. S. Sic rñdes pontifici? C. Rñdit ei Jeſus. ✠ Si male locutus ſum: teſtimonium perhibe de malo. Si autẽ bene, quid me cędis? C. Et miſit eũ Annas ligatum ad Caiphã pontificem. Erat aũt Simon Petrus ſtans, ⁊ calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. S. Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis eius es? C. Negauit ille, ⁊ dixit. S. Non ſum. C. Dixit vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculã. S. Nonne ego te vidi in horto cũ illo? C. Iterum ergo negauit Petrus, ⁊ ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Jeſum a Caipha in p̃toriũ. Erat aũt mane: ⁊ ipſi non introierunt p̃toriũ vt non ꝯtaminarent̃: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras, ⁊ dixit. S. Quã accuſationẽ affertis aduerſus hoĩem hunc? C. Rñderunt, ⁊ dixerunt ei. S. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. C. Dixit ergo eis Pilatus. S. Accipite eum vos, ⁊ ſcḋm legem veſtram iudicate eum. C. Dixerunt ergo iudęi. S. Nobis non licet interficere quenq̃. C. Vt ſermo Jeſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus: ⁊ vocauit Jeſum, ⁊ dixit ei. S. Tu es rex iudęorum? C. Rñdit Jeſus. ✠ A temetipſo hoc dicis? an alij tibi dixerunt de me? S. Reſpondit pilatus, C. Nunquid ego iudęus ſum? Gens tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? C. Reſpondit Jeſus. ✠ Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtiq̃ decertarent,

rent, vt non traderer iudeis. Nunc aūt regnū meū non eſt hinc.
c Dixit itaqz ei Pilatus. s Ergo rex es tu? c Reſpōdit Je-
ſus. ✠ Tu dicis, qꝛ rex ſuz ego. Ego in hoc natus ſum, ꝛ ad hoc
veni in mūdū: vt teſtimoniū ꝑhibeaz veritati. Ois.n.q eſt ex ve-
ritate audit vocē meaz. c Dicit ei Pilatus. s Quid eſt veri-
tas? c Et cū hoc dixiſſet, iterū exiuit ad eos: ꝛ dixit eis. s Ego
nullā inuenio in eo cām. Eſt aūt ꝯſuetudo vobis, vt vnū dimit-
tā vobis in paſcha. Vultis ergo dimittā vobis regē iudeorum?
c Clamauerunt oēs dicētes. s Non hunc, ſed Barrabaz. c
Erat aūt Barrabas latro. Tunc ergo apprendit Pilatus Je-
ſuz, ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coronā de ſpinis impo-
ſuerunt capiti eius: ꝛ veſte purpurea circundederunt euz: ꝛ ve-
niebant ad eū, ꝛ dicebant. s Aue rex iudeorum. c Et dabant
ei alapas. Exiuit iterū Pilatus foras, ꝛ dicit eis. s Ecce addu-
co vobis euz foras, vt cognoſcatis, qꝛ nullā cām inuenio in eo.
c Exijt ergo Jeſus portans ſpineā coronā ꝛ purpureum veſti-
mentū. Et dicit eis. s Ecce homo. c Cū ergo vidiſſent eū pō-
tifices ꝛ miniſtri clamabant, dicentes. s Crucifige, crucifige
eum. c Dicit eis Pilatus. s Accipite eū vos: ꝛ crucifigite. E-
go.n. non inuenio in eo cāz. c Rñderunt ei Judei. s Nos le-
gē habemus, ꝛ ſm legē debet mori: qꝛ filiuz dei ſe fecit. c Cum
ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonē, magis timuit. Et ingreſ-
ſus eſt ꝑtorium iterum: ꝛ dicit ad Jeſum. s Unde es tu? c Je-
ſus aūt rñſuz non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. s Mihi non
loqueris? Neſcis qꝛ ptātem habeo crucifigere te: ꝛ ptātem ha-
beo dimittere te? c Rñdit Jeſus. ✠ Non haberes poteſtatē
aduerſus me vllam: niſi datum tibi eſſet deſuper. Propterea qui
tradidit me tibi, maius pctm̄ habet. c Et exinde querebat Pi-
latus dimittere eum. Judei autem clamabant, dicentes. s Si
hunc dimittis: non es amicus Ceſaris. Ois.n. qui ſe regem fa-
cit, contradicit Ceſari. c Pilatus ergo cū audiſſet hos ſermo-
nes, adduxit foras Jeſum: ꝛ ſedit pro tribunali in loco qui dī li-
thoſtrotos: hebraice vero gabatha. Erat autem paraſceue ho-
ra quaſi ſexta: ꝛ dicit iudeis. s Ecce rex veſter. c Illi autem
clamabant. s Tolle tolle, crucifige eum. c Dicit eis Pila-
tus. s Regem veſtrum crucifigam? c Rñderunt pōtifices.
s Non habemus regem niſi Ceſarem. c Tunc ergo tradi-
dit

diteis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Jeſum: ⁊
eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dr̄ Cal=
uarię locū: hebraicę aūt Golgotha: vbi eū crucifixerūt: ⁊ cū eo
alios duos hinc ⁊ hinc mediū aūt Jeſuz. Scripſit aūt titulū Pi
latus: ⁊ poſuit ſuper crucē. Erat aūt ſcriptū: Jeſus Nazarenus
rex iudęorū. Hunc ergo titulū multi legerunt Judęorum: quia
prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Jeſus. Erat autez
ſcriptum hebraice, gręce, ⁊ latine. Dicebant ergo Pilato pon=
tifices iudęorum. S. Noli ſcribere rex iudęorum: ſed quia dixit,
rex ſum iudęorum. C. Rn̄dit Pilatus. S. Quod ſcripſi ſcripſi.
C. Milites ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimen=
ta ſua, ⁊ fecerunt quatuor partes: vnicuiqꝫ militi partem, ⁊ tuni
cam. Erat aūt tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum.
Dixerunt ergo adinuicē. S. Non ſcindamus eā: ſed ſortiamur
de ea cuius ſit. C. Vt ſcriptura impleretur dicens: Partiti ſunt
veſtimenta mea ſibi, ⁊ ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et
milites quidem hęc fecerunt. Stabant autē iuxta crucem Jeſu
mr̄ eius, ⁊ ſoror matris eius Maria Cleophę, ⁊ Maria Mag=
dalene. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtantem
ꝙ nõ interuenerit pactū, ſiue ꝯuentio in futurū de tali qd ſolui do, tanꝙ preciū ſepulture. Tertiū, ꝙ pdicta, pp q̄ aliquid dat, prius liberaliter exhibeant: ⁊ ꝙ pretextu ꝯſuetudinis talis, nequaꝙ denegent. Ex poſtfacto tñ non ſoluentes laudabilē ꝯſuetudinē, vbi pdicta tria ꝯcurrunt, vel non ſeruantes de ſoluendo certū quid, cõpelli pñt, non per rectorē parochialis eccle, ſed p epm ſuū: vt eſt tex. in d. c. ad apſlicam. ¶ Quarta ꝯcluſio: rector parochialis, qui ex officio ⁊ rõne cure ad ſepulturā ⁊ exequias ſuo parochiano defuncto tenet, nõ pōt licite pro his aliquid petere. Si aūt ꝯſuetudo habet ꝙ aliquid detur, pñt laici compelli ad obſeruandū laudabilē conſuetudinē. Prima pars probatur per d. c. Abolende. ⁊ ibi per glo. Secunda pars probatur ex iam dictis in precedenti concluſione. ¶ Quinta concluſio: ſi parochialis rector habet vnde viuat, tunc ceſſante ꝯſuetudine non pōt aliquid pro ſepultura, exequijs, ſiue noie remedij exigere, ſed gratis oblatū licite pōt recipere. Hec cõcluſio eſt Panor. in d. c. ſuā. Probatur prima pars: quia in tali caſu ceſſante cõſuetudine rector parochialis tenetur ex officio ⁊ rõne cure gratis ſpūalia impendere, immo ſi in dicto caſu aliquid recipit, tenet reſtituere: vt ibi dr. Secunda pars probatur in c. ſicut epm. 1. q. 2. ¶ Sexta concl. ſi rectori parochiali deſunt ſumptus neceſſarij, poteſt ſibi aliunde acquirere victū, tūc ceſſante cõſuetudine non pōt occaſione predictorū aliquid exigere. Hec concl. ēt eſt Panor. loco allegato: Imputet. n. ſibi, qui tale beneficium eccle ⁊ tenue acceptauit. Querat ergo honeſte ſibi victū manib9 vel induſtria: puta ſcribēdo: pueros docendo: vel qd ſimile exercēdo: vt in c. clericus victū. 91. diſt. Nā ⁊ apſlus q̄rebat ſibi victum tpe predicationis: vt hr 2. Theſſalo. 3. ⁊ 1. Cor. 4. in c. acum apſlis de cenſi. Si vero rector parochialis in tali caſu nõ poteſt honeſte ſibi vinctū aliter querere, tunc vel epſ prouidebit ſibi: vel parochiani pñt compelli ad pſtandum ſibi neceſſaria victui. De hoc vide bo. gl. in c. oīs chriſtianus. de conſec. diſ. 1. que dicit ſacerdotem indigentē poſſe ſubtrahere parochianis ſpūalia, niſi faciāt oblationes, vnde poſſit viuere: Ad hoc ēt vide quod no. in c. de his de eccl. edi. ¶ Septima conclu. clerici extranei, qui non tenentur ex officio ad exequias aut alia ſpiritualia impendenda, poſſunt licite operas ſuas ſpirituales locare, ⁊ cõuenire

vtali-

vt aliquid ꝓ labore hẽant: nõ vt directe ꝓ ſpũalibus recipiant tꝑale: ſed recõpenſationẽ laborũ ⁊ dãnorũ, q̃ ſuſtinent in exhibẽdo pñtias ſuas: ⁊ trahendo morã in ſpũalibus impendẽdis. cõcluſio ꝓbatur per Jnn. in c. pen. ne prel. vi. ſu. Ad hoc eſt gl. in c. abolẽde. de ſepul. ⁊ in c. ſuã. de ſimo. vbi Panor. contra glo. tenet ꝙ extranei ſacerdotes ẽt ſi abundant, pñt exigere: cum ad hoc eſt officio nõ teneãtur: ⁊ reſtringit gl. in ca. ꝑcipimus. 21. q. 2. que ſimplr̃ vicit ſacerdotẽ poſſe aperas ſuas ſpũales locare. Vide de hoc doc. in c. ſignificatum. de preb. ¶ Octaua cõcluſio: rector parochialis, qui ſepulturã ⁊ exequias ſuo parochiano defuncto impẽdit, ſola hac intẽtione, vt aliquid ꝑcipiat, alias nõ facturus, licet non incurrat ſimoniã conuentionalẽ, incurrit tñ vere ſimoniã mẽtalez: ⁊ grauiter peccat. Prima pars probatur in c. vlt. de ſim. ex quo non p̄ceſſit pactuz expreſſum, nec emptio, nec venditio, nec exactio, nec eccl'a iudicat de tali ſimonia in foro cõtentioſo: Scd'a pars ꝓbatur: q2 p̄ceſſit intẽtio deprauata: ⁊ ſic incurrit ſimoniã mentalez: q̃ ſola pñia purgatur, vt ibi dr̃: ꝙ nullã cẽſurã eccl'aſticã incurrit. Ad hoc eſt gl. in ſimili caſu in c. vnico. de cle. non reſi. lib. 6. ¶ Nona concl'o: conſuetudine introduci põt, vt clerici curati ex bonis defuncti certũ quid percipiant. Hanc concluſ. probat Hoſ. in ſum. de cõſuetudine in quibuſdã terris: vbi clerici curati de conſuetudine recipiunt ⁊ exigunt lectũ, in quo defunctus moritur: Itẽ ⁊ veſtes in q̄bus moritur. Alicubi cõſuetudo eſt ꝙ curati hẽant pãnũ qð feretro ſuperponit̃. Alibi ꝙ ex armẽto hẽant melius caput pecoris. Exẽplificat ẽt Pan. in d. c. ad ap'licaz. de conſue. in Britania, vbi in morte dat̃ curatis tertia pars oĩuz bonorũ defuncti, cõuertẽda tñ ad cultũ diuinũ ⁊ elemoſynã pauperũ. Dicũt tñ doc. ꝙ ſubſiſtẽte tali cõſuetudine tanq̃ laudabili, ſi clerici funus ſepelire nõ vellẽt, niſi ab hẽdibus defuncti fieret eis cautio de redẽptione lecti, aut veſtimẽtorũ, ⁊ aliorũ, q̃ ex cõſuetudine de rebus defuncti veniũt, ſimoniã cõmitterẽt: multo magis, qñ abſq3 pecunia hoc exigũt, nolẽtes aliter ſepelire, vt in c. q̄ſta. 13. q. Si autẽ clerici pacto faciũt de redimẽdo lecto, aut pãno, ⁊ hmõi ẽt anq̃ funus ſepeliatur, per hoc non incurrũt ſimoniã: ſed eſt licitũ, cũ illa ſint tꝑalia: dũmodo ꝓ hoc nõ neget̃ ſepultura, vel inuiſceatur ius ſepulture. Et ſi poſt ſepulturã hẽdes nollent ob-

ſeruare pactũ aut ꝯſuetudinẽ, pñt clerici agere cõtra eos: vt ſuperius dictũ eſt. ¶ Decima concluſio: ꝯcurrentibus tribus ad laudabilẽ ꝯſuetudinẽ in hac materia introducendã reqſitis, valet ꝯſuetudo, vbi rector parochialis pro ſepultura noĩe remedij certũ qd, ſiue añ ſepulturã, ſiue ex poſtfacto ab hẽdib9 defuncti recipit vel exigit. Hec ꝯcluſio elicit̃ ex p̃cedentibus: ꝛ probo eã de laudabili cõſuetudine in officialatu curię Pata. in Vienna, cui ad annos plures officialis pręfui: Vbi cũ adultus, qui ſaltẽ ſemel cõſcauit, moritur, dant hęredes occaſione ſepulturę noĩe Remedij. 12. denarios Vienn. pro puero 7. denarios: q̃ cõſuetudo ſi p̃dicta tria, de qbus ſupra in tertia ꝯcluſione, ꝯcurrũt, nequaq̄ venit cõdẽnãda. Et dʒ hęc ꝓpoſitio, pro, ĩ hac ꝯcluſione ꝛ ſimilibus ſumi nõ primo modo, ſed altero ex tribus ſequẽtib9. ¶ Venio nũc ad vndecimã ꝯcluſionẽ, q̃ eſt rñſiua ad cãm facti q̃ſiti: ꝛ eſt hęc. Nõ valet ꝯſuetudo vbi remediũ anteq̄ exigatur a debẽtibus, ex ꝯſuetudine tanq̄ incerto ꝯſiſtẽs in quota ignorat̃: ſi ꝑ rectorẽ parochialẽ ꝛ hẽdes defuncti, aut alias interpoſitas ꝑſonas ad certũ qd ꝛ quotã ex ꝯuẽtione, aũt pacto reductũ exigit̃ ꝛ recipit̃. Hęc ꝯcluſio eſt ꝯtra cõem practicã, circa quaſdã eccleſias dięceſis Salzburgẽ. ꝛ Pataueñ. in Bauaria ꝛ Auſtria ſuperiori ſolitã obſeruari. Vbi cũ aliquis morit̃, hẽdes defuncti ignorãt, vel ad minus dubitãt, ad quã quotã determinate rectori curato noĩe Remedij teneant̃: ſed tãdẽ ex ꝯuentione, aut pacto certificantur, quãtũ dare debẽt. Et ꝓbo hãc ꝯcluſionẽ, primo ex eo, qꝛ eſt ꝯtra naturã ꝯſuetudinis, vt incertũ introducat, ꝛ ſuper incerto fundet̃. Nã ex quo ꝯſuetudo hʒ vi legis, vt ex ea Remediũ, ꝛ nõ alias licite peti poſſit: tunc dʒ eſſe certa ſicut lex: vt in c. erit aũt lex. 4. di. ſ. ergo ſi conſuetudo eſſet laudabilis. ꝛ ſic valeret, oporteret ꝙ hẽdes ſtatim ex ea ſcirent ad quid certũ, ꝛ ad quã quotaʒ noĩe Remedij pro ſepultura tenerentur. Itẽ talis ꝯſuetudo immo potius abuſio ꝯtinet in ſe expreſſe pactũ, aut ꝯuentionẽ, quę in hmõi reprobat̃: vt ſępius dictũ eſt ſupra. Nã qñque rector aut vicarius pro remedio. 12. Floren. Renen. petit: ſi tandẽ ex tractatu ꝛ ꝯuẽtione tñ ad quinque ꝯuenitur. Itẽ talis ꝯſuetudo non p̃ſumitur habuiſſe principiũ voluntariũ, ſed exactũ, aut ꝯuentum. Quis. n. dicet laicos a principio adeo fuiſſe liberales, ꝛ ad ſepulturã ſic deuotos, ꝙ occaſione ſepulturę

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pulturę funeri impendendę vltra exequias dederint. 15. Floren.
Renen͂. aut circa: Item talis ↄſuetudo tanq̄ corruptela pluri-
bus rectoribus, ⁊ maxime vicarijs, qui plus curat de lana, q̄ de
aīa, pręſtet cām delinquendi, ⁊ grauandi pauperes hęredes de
functorū: vt ſępius vltra vires ⁊ ſolitū plus exigant: q2 quaſi ex
arbitrio eorū dependet, quid pro remedio recipere velint. Nam
hęc quota, q̄ fuit hoc anno ex cōſuetudine noīe Remedij ſolita
dari, non erit anno ſequenti, ſm eos: cū peſtilentia viget, vel cū
nouus rector, aut vicarius ſuperuenerit, ↄſuetudo mutatur: im
mo plus aut minus: vt videmus in practica. Itē talis conſuetu
do dat occaſionē rectoribus ecclas ſuas locantibus, q̄ cōſuetā
penſionē, ſiue abſentiā augmentant. Nā videntes vicarios eorum
ex Remedijs ditari, eccleſiā quā quis hoc anno arrendauit pro
50. Flor. Renen. in abſentia, ſequēti anno locat pro 60. ⁊ tandē
80. prout vidi in practica. Et ſic vicarij per magnas abſentias
grauati, ſub pietate Remediorū, abradūt oues moriētes de cu-
te vſq3 ad carnē ⁊ oſſa: qḋ eſt oīno inhumanū. Itē cōtra natu-
rā aliarū conſuetudinū, facit illud qḋ inducit creſcere, ⁊ nunq̄
decreſcere. Remediū. n. ſemp cū cremento exigit: q2 nunq̄ con-
ſueuerunt rectores dicere, ꝓgenitores tui dederūt pro Remedio
12. denarios, ſed ſic, auus tuus dedit 10. Floren. Renen. pr̄ tuus,
qui poſſedit hūc marſum ſil'r dedit 10. aut 12. ⁊ tu ſolum exhibes
7. aut 4. Floren. Renen. Qḋ oīno hēt ſpēm mali. ¶ Nec valet di
cere q̄ hmōi Remedia iuxta morē eorū licite recipiantur, Pri-
mo, ꝑꝑ malā decimationē prędialem, ⁊ maxime propter perſo-
nalē, quę raro laicis ſoluitur, Secundo, ꝑꝑ offertoria, ⁊ alia iu-
ra parochialia debita, neglecta: vt ſic quę defunctus in vita nō
perſoluit, ſaltē eius hęredes poſt mortē de bonis ſuis ſub noīe
Remedij perſoluant: q2 ſuper decimis ſoluendis talis conſue-
tudo eos non excuſat. De quo tn̄ dic vt notatur in ca. 1. de deci.
lib. 6. ⁊ c. ad apoſtolicę. ⁊ c. a nobis. ⁊ c. tua. de deci. Propterea
poſſet contingere q̄ in tribus diebus ſucceſſiue morerentur pa-
ter, filius, ⁊ nepos: ⁊ ſic de eiſdē bonis exigeretur occaſione prę
dictorū eadē taxa per viam Remedij: quod eſt inconueniens.
Quidā tn̄ aſtuti rectores ſiue vicarij perpendentes Remedium
ſic exigendum fore illicitū, miſcent Remedium cū exequijs, ſiue
cultu diuino peragendo, ⁊ ſimul ex conuentione taxant: quod



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tamen ex predictis ēt ɔſtat eſſe illicitum. ¶ Concluſio vltima: quę ab antiquo ſolita ſunt eccleſijs ꝛ eccleſiarum miniſtris tribui, nō debent aliquo mō immutari. tex. eſt in l. priuilegia. in fi. C. de ſacroſ. eccl. per quem tex. dicit Barth. ꝙ ſi cōitas eſt ſolita certū quid dare eccleſię, non pōt per ſtatutū immutare. Ex quo pōt inferri, ꝙ parochiani non pñt per ſtatutū tollere, quo minus oblagium, aut Remediūm ſolitum, ex laudabili conſuetudine introductum, debeatur ꝛ exigi poſſit. Si tñ Remedium eſſet laicis nimis oneroſum, ꝛ per lapſum, ſiue deprauatā conſuetudinem introductum, pñt laici per ſtatutum ad certū quid reducere ꝛ ſtatuere inter ſe, ꝙ ſepultura ipſius officio peracta aliquid in certa quota detur, ſiue remedium, aut alio vocabulo nominetur. Probat hoc: qꝛ ſi ex cōſuetudine laudabiliter introducta videtur ſe quaſi tacite ad aliquid dandū a principio obligaſſe, multo fortius ſe poſſint ad hoc expreſſe per ſtatutū obligare: dummodo tñ coacti per rectorē curatum hęc non ſtatuant, ita ꝙ ex parte ipſius rectoris circa ſtatutum oīs pactio ꝛ conuentio ceſſet, vt patet ex ſupradictis. Et valde expediret hmōi ſtatutum fieri. Primo, ex parte laicorum, vt de cętero circa remedia amputaretur eis materia querelandi. Secundo, etiā ex parte curatorum: vt eis per ſtatutum hmōi circa remedia exigida precluderentur vię ꝛ modi ſimoniacę prauitatis.

## ¶ An facienda ſint conuiuia ſacerdotibus in funere defunctorum. Cap. 25.

Ex his infero, ꝙ non valet ɔſuetudo, ꝙ poſt ſepulturam homines, ꝛ maxime ſacerdotes ɔueniant in loco vno ad prādiū ſumptibus defuncti, vt in c. nullus. de preſb. de ɔſec. diſt. 5. quē text. oīno vide. vbi gl. dānat hanc ɔſuetudinem, q̄ eſt in Anglia, ꝛ ēt in certis locis Bauarię. Et ex hoc ēt reprehendūtur q̄dam fraternitates ſacerdotum: in quibus ex ſtatuto fratres in anno aliquoties, ꝛ poſt exequias fratres conueniunt: ꝛ de bonis fraternitatis relictis, ſiue donatis, lautū prādiū faciunt: prout in facto vidi in Pādeñ. Auſtrię. Finaliter ex oībus ſupradictis concludo negatiuā partē ad caſū facti q̄ſiti, vz, ꝙ curatus nō pōt licite ex pacto aliquid pro ſepultura exigere: pōt tñ Remediū cū ex laudabili conſuetudine introductū eſt, licite recipere, ſm limitationes ſupra in concluſionibus recitatas. Nec obſtat

ratio

rõ pro veritate q̃ſiti adducta, ꝙ illud ſolet hẽri in cõi practica ⁊ ex conſuetudine: qꝛ practica talis nõ eſt cõſuetudo laudabilis, ſed potius deprauata corruptela. Nec excuſat in hmõi recipiẽtes, ⁊ exigentes, ẽt ſi ſit longeua ⁊ diuturna. Nã diuturnitas tẽporis in talibus nõ diminuit pctm̃, ſed auget: vt in d.c. nõ ſatis. de ſimo. ⁊ vt inquit text. in c. cũ eccleſię corpore. eo. tit. ⁊ in c. fi. de conſue. tanto grauiora ſunt crimina, quanto diutius infelicem aĩam detinent alligatã, ⁊c. Neq; tolerantia epõrũ ⁊ ſuorũ officialiũ p̃dictos excuſat: neq; facit talẽ conſuetudinẽ licitã: qꝛ tolerantia talis nõ inducit tacite diſpenſationẽ cũ recipiente, ſiue exigente: cũ nec papa in talibus q̃ ſunt prohibita, qꝛ ſimoniaca poſſit diſpenſare: vide gl. in c. cũ iã dudũ. de preb. per docto. in c. ſuper eo. de cogna. ſpi. ⁊ in c. conſtitutis. de fil. presbyt. Ex quo ẽt habes, ꝙ per iſtã malã conſuetudinẽ non derogantur antiqua ⁊ noua iura, quę prohibent aliquid ex pacto pro ſepultura recipere ⁊ exigere: quia cum iura illa contineãt ius naturę ⁊ diuinum, ex quo ſimonia tam diuino quam naturali iuri ſit contraria: non poſſunt per contrariam conſuetudinem, vt pote irrationabilem abrogari. Et de hoc vide S. Tho. quolibe. nono. art. 2. Epiſcopus etiam talem conſuetudinem corruptam ſimulans, ſiue expreſſe tolerans a peccato minime excuſatur: quia ex officio ad ipſum pertinet prauas tollere loci conſuetudines, ⁊ inhibere clericis, ne quicquam hac de cauſa exigant: vt no. Panor. in d. c. abolendę. de ſepul. in 2. notab.

## Quibus perſonis denegatur ſepultura eccleſiaſtica. Cap. 26.

Ad cuius euidentiam quęro qui ſunt, qui priuantur eccleſiaſtica ſepultura. Solutio. quindecim differentijs perſonarũ interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. ¶ Primo, excõicatis. cle. 1. de ſepul. Et hoc verum niſi abſoluant ẽt in extremis: ſed heredes pro eis ſatiſfacere tenentur: vt in c. parochiano. eo. tit. Et ſm Gul. idẽ eſt de excõicatis minori, ſi notorię excommunicati ſunt. Idem de excõicatis ẽt iniuſte, vt no. glo. in c. literas. de reſti. ſpolia. Sepelientes vero nominatim excõicatos maiori, ſũt ipſo facto excommunicati, vt in clem. 1. de ſepul. ¶ Secundo, manifeſtis vſurarijs. d. clem. 1. ⁊ c. quanquam. de vſuris. lib. 6. hoc verum niſi peniteant, ⁊ faciant cautionem. ¶ Tertio, qui in torneamentis moriuntur. c. 1. de torne. Et exponit Hoſti. etiam ſi quis

Excõicatis ĩterdicitur ſepultura eccleſiaſtica.

Vſurarijs.

Morientibus in torneamentis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quis ibi letale vulnus acceperit, licet poſtea ſuperuixerit: q̄q̄uā
uis peniteat, ⁊ ei eucharistia non negeť, carebit tñ eccleſiaſtica
ſepultura. Hoc intellige ſm Guil. tā de militibus q̄ȝ de armige-
ris eorū, qui ibidē in armis ſe exercent. Secus de illis, qui illuc
vadūt cauſa curioſitatis, vel ad videndū, vel alia quacunq̄ȝ de
cauſa. Adde ēt prędictis qđ no. Ricar. in 3. diſt. 37. q̄ illi, qui ha-
ſtiludia faciūt, peccāt mortaliter: cū ſimili rōne videanť eſſe p̄-
hibita, vt torneamēta. Et ex hoc innuiť q̄ȝ morientes in illis nō
ſepelienť in ſacrato. Et hoc vł verū per rōnem. d. c. 1. ibi. vñ mor-
tes hominū ⁊ aiarum pericula ſępe proueniūt: nā in talibus ha-
ſtiludijs ſępe p̄dicta p̄ueniunt. Secus dicendū vł in currenti-
bus ad brauiū. vt Vienę, ⁊ in multis ciuitatibus: nā raro vel nū
Interdictis. quā eueniūt in tali curſu mortes hoīum. ❡ Quarto, nōiatiȝ in-
terdictis. d. cle. 1. ⁊ hoc ſub excōicationis pęna. Alij aūt interdi-
cti ſiťr priuantur. Qđ intellige de interdictis a diuinis ⁊ partici-
patione ſacrorū ſm Panor. qꝛ interdicti a iuriſdictione, vel ab
Raptoribus. aliquo officio nō priuanť ſepultura. ❡ Quinto, raptoribus, qui
pertinaciter, cū poſſint, in vita nō ſatisfacit, ⁊ in morte nō pn̄.
c. 2. de rap. Archieps Flor. dicit, q̄ ſi raptor potuit reſtituere, ⁊
nō reſtituit, nec ſecuritatē dedit, denegabuntur ei ſacr̄a ⁊ ſepul-
tura. Si vero cū hr̄et vnde redderet, diſtulit vſque ad mortē pę-
nitere, ⁊ tunc eſt impotēs ad reſtituendū, ſi eſt alias cōtritus ⁊
diſpoſitus ad reſtituendū, ſi poſſet, dabuntur ei ſacr̄a, ſed priua-
bitur eccl̄aſtica ſepultura ad terrorē alioꝝ: niſi parentes, vel a-
mici eius vellent reſtituere pro eo: qꝛ tunc ſepelietur in ſacrato.
Panor. vero in ca. ſuper eo. de rapt. dicit de mente gloſ. quę cō-
ter tenetur. Quod aut deceſſit quis in pctō rapinę, nec pęnituit:
⁊ tunc ēt ſibi cęmeterium denegatur: qꝛ deceſſit in mortali. Aut
pęnituit in morte ⁊ ſatisfecit: ⁊ tunc ex toto conceditur ſepultu-
ra: ⁊ clerici debēt intereſſe ſepulturę: ⁊ ita proprie loquitur ter-
tius caſus d. c. ſuper eo. Et iſta interpretatio tanq̄ȝ benignior te-
Blaſphematoribus. nenda eſt. ❡ Sexto, blaſphematoribus dei, ⁊ qui ſancta conte-
munt. ❡ Septimo, illis qui ſe occidunt. 23. q. 2. Quibus. 23. q. 5.
Se occidentibus. placuit. Et hoc intelligēdum eſt ſm Guil. ſi ſe peremerūt ex de-
ſperatione, vel indignatione, aut iracundia. Secus ſi ex furore,
vel a caſu. Unde ſiquis propter fugam pręcipitaret ſe in aquā,
qꝛ ſic credebat euadere poſſe: non imputatur ei, ſi contrarium
euenial,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eueniat, arg. c. neruĩ. 13. diſt. ⁊ d. c. ex parte. in gl. Concordat Hoſti. Nota tñ ſm quoſdã, ꝙ ſi ille, qui occidit ſe ex deſperatione, aliquandiu poſt vulnus viueret, ita ꝙ eum peniteret, ⁊ confiteretur, ⁊ oſtenderet ſigna contritionis in morte: tali non eſt deneganda eccleſiaſtica ſepultura, exquo non decedit in peccato mortali. ¶ Octauo prohibetur ei ſepultura, de quo certum eſt ⁊ manifeſtũ, non fuiſſe cõfeſſum, vel non cõicaſſe ſemel in anno: iuxta c. oĩs vtriuſqꝫ. de pę. ⁊ remiſ. Quidam hoc limitant, niſi ſe ſuper hoc emendaſſet in articulo mortis, ⁊ confitendo, ⁊ cõicãdo: vel ſaltẽ ſigna contritionis oſtendiſſet in fine: qꝛ tunc nõ negabitur ſepultura ſm eos. Contrariũ tñ puto verũ. ſ. ꝙ per illã et non euadit pęnã. d. c. oĩs. ꝑꝑ rõnes quas adduxi ſupra. cap. 4. in ſecunda partic. primę par. ibi vide. Si vero occultum eſt: ꝙ quis non eſt confeſſus infra annum: nõ negabitur ei ſepultura: qꝛ ex quo eſt occultũ, non debet publicari pctm̃. Aut ſi dubitetur: qꝛ forte cõfeſſus alicui mendicantiũ: ⁊ de eius cõſilio abſtinuit ab eucharistia. ¶ Nono, illi, cui interdictus eſt ingreſſus eccleſię. c. is qui. de ſen. exc. lib. 6. ¶ Decimo, monacho propriũ hñti: vt in c. ſuper quodam. de ſta. mo. ¶ Vndecimo, illi, qui ſacerdotẽ tutorẽ filijs ſuis inſtituit. 98. diſt. c. neque. ꝗc apud glo. ibi cõtrarium tenet. ¶ Duodecimo, iudęis, paganis, ⁊ hereticis. de conſe. diſt. 1. c. eccleſiã, ⁊ c. ſeq. ¶ Tertiodecimo, corporibus exẽteratis vel diuiſiſ, vt oſſa ad ſepulturã deportentur, vt in extrauag. Bonif. viij. deteſtandę. ſub ti. de ſepul. ¶ Quartodecimo, illis, qui poſt mortẽ de hereſi conuincuntur: vt in c. ſiquis epš. de here. ¶ Quintodecimo, gñaliter nullus notorius decedens in ipſo notorio mortali pctõ, ſepeliendus eſt. d. c. quibus. ⁊ c. nõ eſtimemus. ⁊ c. pro obeuntibus. ⁊ c. cum gratia. 13. q. 2. oẽs. n. caſus ſupradicti locũ hñt in notorijs: pctõres. n. occulti ſunt ſepeliendi: hñt ẽt locũ in non reconciliatis. Si. n. confiteantur, ſicut eis conceditur corpus Chriſti, ita eccleſiaſtica ſepultura. 13. q. 3. qęſitũ. Si ẽt ſigna penitentię apparuerunt, ſi loquelam amiſerant, tunc poſt mortẽ ſunt abſoluendi, ⁊ ad orationes ⁊ ad alia eccleſiaſtica ſuffragia recipiendi ⁊ ſepeliendi: ſed heredes pro eis ſatiſfacere tenentur proximis: vt in d. c. parochiano. eo. tit. ⁊ de rapto. c. literis. ⁊ ca. a nobis. 2. de ſent. exc. Et ad probandum hmõi ſigna, ſufficit in hoc caſu vnus teſtis. 26. q. 6. qui recedunt.

Non cõfeſsis & non cõicatis ſemel in anno.

Interdicto Monacho proprietatio.

Tutorẽ filijs ſacerdotẽ inſtituẽti.

Iudæis, paganis, & hæreticis.

Diuiſis corporibus.

Poſt mortẽ de hæreſi conuictis.

Notorijs.

⁊ c.ſeq.Fallit tamen hoc in raptoribus: ⁊ violatoribus eccleſię
⁊ illis, qui moriuntur in torneamentis: ⁊ alijs ſimilibus ſupra
recitatis: quibus eccleſię ſepultura interdicitur, Adde etiā pre-
dictis quod no. Panor.in ca.ex parte. pręalle. ꝙ decedens ſine
confeſſione exteriori in extremo vitę facta, debet ſepeliri in coe
meterio eccleſię: ex quo confeſſionem non contempſit: ſed mor
te pręuentus eſt. Non eſt.n. credendum, ꝙ deceſſerit in morta-
li peccato. de quolibet.n. pręſumendū eſt bonum: niſi contem-
pſiſſet per annum ꝯfeſſionē: vt dictum eſt ſupra: Et ſi mors fuiſ-
ſet caſualis. ¶ Quid fiet, ſi tales, de quibus dictum eſt, de facto
ſepeliuntur in eccleſia vel coemeterio? Solutio. ſi corpora corū
diſcerni pn̄t, exumandi ſunt, alias non. ca. ſacrum. eo. tit. ⁊ eccle-
ſia vel coemeterium eſt reconciliādum, vt in c. conſuluiſti. de cō
ſe. eccl. vel alt. Quid fiet, ſi dubitetur de cadauere: vtrum fuerit
cuiuſdam Chriſtiani, pagani, vel heretici, vel excōicati? Solu-
tio. videtur in meliorem partem interpretandum. v. ca. ſacrum.
¶ Sed qua pęna puniendi ſunt, qui ad ſepulturam aliquē reci-
piunt in caſu non conceſſo? Solutio. tenent ad reſtitutionē cor-
poris ſi petatur, ⁊ omnium, quę occaſione illius receperunt. ca.
fraternitatem. ⁊ c.ex parte. 1. ⁊ cum liberum. eo. ti. ⁊ alijs pęnis,
vt ſupra dictum eſt. Utrum ſuſpenſi ⁊ hmōi ſint ſepeliendi? So-
lutio ſm̄ Panor. in c.ex parte. 2. eo. ti. ꝙ ſic, quacunq; pęna mo-
riant, dūmodo poenituerint. Et poſſunt ſepeliri in coemeterio
cum ſolennitate miſſę ⁊ aliorum officiorum. Nec ſacra eccleſię
talibus ſunt deneganda. vt in ca. ſi. 13. q. 2. Tales tamē non ſunt
deponendi de furcis ſine licentia principis: qui tamen debet ſe
in hoc facilem reddere. vt in l. 1. ⁊ 2. ff. de cadaue. pu.

¶ Ordo ſepeliendi aliquem ſecularem defunctum. Cap. 17.

CUm defunctus aliquis ad eccleſiam, vel cęmeterium de-
fertur ſepeliendus, perſępe diuerſarum religionum cleri-
ci adeſſe ſolēt: qui propter varias ſuas ordinationes ⁊ ritus va-
rie legunt, ⁊ varie cantant: ⁊ vt plurimum non conſonantiam,
ſed potius diſſonantiam gignunt. Idcirco vt talis diſſonantia
euitetur, modus cantandi non antiquus, ſed quem nunc ritus
Romanus tenet, hic inferius annotatur. Poſtquam corpus
defuncti poſitum fuerit in eccleſia, in qua tumulari debet: ſacer
dos cum ſtola ⁊ pluuiali incipiat abſolute.

Non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOn intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quo-
niam nullus apud te iuſtificabitur homo: niſi per te
omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non er-
go eum, queſumus domine, tua iudicialis ſententia
premat: quem tibi vera ſupplicatio fidei chriſtianę commēdat:
ſed gratia tua illi ſuccurrente mereatur euadere iudicium vl-
tionis: qui dum viueret inſignitus eſt ſignaculo ſanctę Trinita
tis. Per Chriſtum dominum no. ℟. Amen. Et cantores illius
loci debent incipere ℟. Subuenite ſancti Dei. fo. 140 ⁊ omnes
alij clerici debent inceptum ℟. totum vſque in finem proſequi
verſum vero Suſcipiat te Chriſtus cantabunt ipſi cātores, vel
alij duo, quibus iniunctum a cantore pro ſuę voluntatis libito
fuerit: poſt repetitionem vero. ſ. Suſcipientes, alij duo, quibus
cantor innuerit, vel ipſimet cantores dicent ℣. Requiem ęter-
nam. ceteri vero clerici cantabunt repetitionem. ſ. Offerrentes
eam in conſpectu altiſſimi. ℟. Subuenite. vt ſu. ¶ Dum autē
cantatur prędictum ℟tum, ſacerdos accipiat aquā benedictā
de manu miniſtri, ⁊ aſpergat corpus defuncti: ⁊ poſtea ſimili-
ter incenſet illud. Et finito ℟to, cantor cum primo choro dicat
Kyrie el. Et ſecundus chorus Chriſte el. Deinde oēs ſimul di-
cant. Kyrie el. Quo finito ſacerdos dicat alta voce Pater no-
ſter. ℣. Et ne nos. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

DEus, cui oīa viuunt, ⁊ cui non pereunt moriendo corpora
nr̄a, ſed mutantur in melius, te ſupplices exoramus: vt ſu
ſcipi iubeas aīam famuli tui. N. per manus ſcōrum angelorum
deducendā in ſinū amici tui Abrahę patriarchę, reſuſcitandā
que in nouiſſimo iudicij magni die: vt quicquid vitiorū diabo-
lo fallēte cōtraxit, tu pius ⁊ miſericors abluas indulgēdo. Per
Chriſtū. ℟. Amen. Finita oratione, cantores incipiant ℟. Libera
me dn̄e. fo. 142. Et repetitur ℟. Libera me dn̄e. ⁊ interim ꝙ di-
ctum ℟. ſcdo cantatur, fiat de aqua benedicta ⁊ incenſo, vt ſup.
Completo vero ℟. dicatur vt ſu. Kyrie elei. ⁊ P r̄ nr̄. ℣. Et ne
nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīam eius.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et cla.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ABſolue, queſumus Domine, animam famuli tui N. vt
defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ quę per fragilitatem carnis
humana

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

humana ꝯuerſatione peccata commiſit, tu venia miſericordiſ-
ſime pietatis abſterge. Per Chriſtuz. ℟. Amen. Finita oratio-
ne aliqui de circunſtantibus accipiant feretrũ, ⁊ deportent de-
functũ ad tumulũ: ⁊ dũ portatur, clerici cantent ſequẽtes aña.
In paradiſum deducant te angeli. fo. 143. Aña. Ego ſuz. vt ſup. fo. 146.
Canticum. Benedictus dñs deuſ Iſrael. Finito can-
tico cantetur aña. Ego ſum. tota. His oĩbus finitis, ſacerdos
accipiat aquã benedictã: ⁊ aſpergat corpꝰ defuncti, ⁊ tumulũ:
⁊ poſtea inceſet ſiſr: ⁊ dicat alta voce Pater nr̃. ℣. Et ne nos.
℟. Sed libe. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo dñe. ℟.
Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo oĩſ viuens. ℣. A porta
inferi. ℟. Erue dñe aĩam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amẽ.
℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te ve.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Ora.

Satiſfaciat tibi q̃s dñe deus noſter, pro aĩa famuli tui dei
genitricis ſemperq; virginis Marie, ⁊ ſanctiſſimorũ Pe-
tri ⁊ Pauli apl'orum, ⁊ ſancti N. oĩumq; ſcõrum tuorum oro: ⁊
pñtis familie tue humilis ⁊ deuota ſupplicatio, vt pctõrum om-
nium veniam, quam precamur, obtineant: nec euz patiaris cru-
ciari gehennalibus flammis, quẽ filij tui dñi noſtri Jeſu Chri-
ſti precioſo ſanguiſte redemiſti. Qui tecum ⁊ cum ſpiritu ſancto
viuit ⁊ regnat Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
℣. Dñs vo. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et idem Sacerdos dicat.
Anima eius, ⁊ anime omnium fidelium defunctorum per miſe-
ricordiam Dei, Et cantores inmediate ſubiungant.




Et tunc ſtatim cantores incipiant ℟. Memento mei deus. fo. 148. Dum predictum ℟. cantatur, reuertantur in eccleſiaz. Et
poſtquaz reuerſi fuerint, ſtent ordinate in choro. Et finito ℟o
ſacerdos dicat alta voce Pater noſter. ℣. Et ne nos indu. ℟.
Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aĩam eius. ℣. Re-
quieſcat in pace. ℟. Amẽn. ℣. Domine exaudi orõnẽ meã. ℟.
Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

U ibi

Tibi domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatem mundane conuerſationis peccata cõmiſit, tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge: Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ De officio ſepulture paruulorum. Cap. 34.

Incipit officium ſepulture paruulorum Chriſtianorum. Quando puer extrahitur de domo, ⁊ deportatur ad eccleſiam: dñr pſalmi graduales, vȝ pſal. Ad dñm cum tribularer. cum reliq. infra. fo. 181. Quilibet cum Gloria pat. ⁊ Sicut erat. ¶ Vel ſic, cum puer extrahitur de domo, incipitur pſalmus Beati immaculati, ⁊c. fo. 124. ⁊ ps. Laudate pueri dñm. fol. 37. Et dñr cum Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Et qñ puer fuerit in eccleſia, incipitur añа. Hic accipiet benedictionem a dño: ⁊ miſericordiam a Deo ſalutari ſuo: qꝛ hec eſt generatio querentium dñm. ps. Dñi eſt terra, ⁊ cum Gloria pa. ⁊ Sicut erat. fol. 38. Quo finito dicatur Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in eternum. ℣. Dominus. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Omnipotens ⁊ mitiſſime deus, qui oibus paruulis renatis fonte baptiſmatis, dum migrant a ſeculo, ſine vllis eorum meritis vitam illico largiris eternam: ſicut aie huius paruuli hodie credimus te feciſſe: fac nos, qs dñe: per interceſſionẽ beate Marie virginis, ⁊ oium ſctõrum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in paradiſo cum beatis paruulis perenniter ſociari. Per Chriſtum do. ℟. Amen. ¶ Dum portatur ad tumulum dicatur aña. Iuuenes ⁊ virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen dñi. ps. Laudate dñm de ce. fol. 147. Deinde dicatur Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Taliũ eſt n. regnum celorũ. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ ſpi. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſancte puritatis amator: qui animam huius paruuli ad celorum regna hodie miſericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiſcum miſericorditer agere: vt meritis tue ſanctiſſime paſſionis, ⁊ interceſſione beate Marie virginis, ⁊ omnium ſanctorũ tuorum, in eodem regno nos cum omnibus ſanctis ⁊ electis

tuis

tuis ſemper facias congaudere cęleſtibus. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus, per oia ſecu. ꝛc.

¶ Quando reuertuntur ad eccleſiam, pronunciatur antipho. Benedicite dñm. deinde dicatur pſal. Benedicite oia opera domini dño. ſup. fol. 89. Quo finito: dĩ tota antipho. Benedicite dñm omnes electi eius: agite dies lętitię: ⁊ confitemini illi. Deinde dicatur ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęſumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Oratio.

DEus, qui miro ordine angelorum miniſteria hominũque diſpenſas, concede propitius: vt quibus tibi miniſtrantibus in cęlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Ritus ſepeliendi defunctum ſecularem, ſecundum vſum patriarchatus Venetiarum. Cap. 29.

QUm clerici ad funus aliquod accedunt: acolytis ⁊ cruce pręcedentibus, ordinate pergunt ad locũ, vbi eſt corpus, vel ad eccleſiam: vel ad domũ defuncti: legendo pſalmos graduales diſtincte ⁊ moroſe. Et cum peruenerint ad eccleſiam, vbi tumulandus eſt defunctus, ingrediendo eam cantent ſequens reſponſorium: vt hic inferius notatum eſt, cum ſuo verſu ⁊ reſumptione.




Do-

Do mi nus cuſto di at te ab omni ma lo: cu-

ſto di at a ni mam tu am do mi nus. Per cu ius.

Finito ℟. ſi non fuit cantatū nocturnū triū lectionū, cātetur. Quo finito incipiat reſponſoriū ſequēs, cū verſu ⁊ reſumptione.

Quomodo cōfitebor tibi do mi ne quādo veneris in iudi-

ci o tu o. Fi at cor meum mundum: non cuſtodiui animam

meam in car ne po ſi tam: pollu i templum corporis me i:

⁊ o pe re ini quita tis co in qui na ui: precor te do mi-

ne antequam diſcutias me: miſerere me i. Ti bi




Kyrie eleiſ. Chꝛe eleiſ. Kyrie elei. Pr nr̃. ℣. Et ne nos in du. ℟. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiãʒ eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟. Et clamoꝛ meus ad te ven. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cuʒ ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oratio.

Adeſto, qs dñe, ſupplicationibꝫ noſtris, ⁊ pias aures tuas ad pces nr̃as inclinare digneris: vt nos de throno maieſtatis tuę clementer exaudias, ⁊ orationes famulatus noſtri benignanter admittas. Te inuocamus dñe ſancte pater oṗs, ęterne Deus pro aĩa famuli tui, quam hodierna die de hac luce vocare dignatus es: vt iubeas ei pręparari paradiſi tui loca virentia: non eam exurat flãma ignis crudelis gehennę: quia propterea Dñs noſter Jeſus Chꝛs filius tuus in ligno crucis ſub Pontio Pilato pati dignatus eſt, vt aias, quę per Adę tranſgreſſionem perierant, ſua ſancta reſurrectione ab inferni clauſtris liberaret. Confundantur ergo gehennę ianitores, ⁊ miniſtri nequitię erubeſcant: deducant eã angelicę ptãtes in ſinũ patriarcharum Abrahã, Iſaac, ⁊ Jacob patrũ nr̃oꝝ: ꝯſequat a tua potẽtia paratã electis iucũditatẽ: ⁊ a dextris hr̃ditatẽ adepta lętet: vt cum dies ille tremendus agnitionis tuę aduenerit, vna cum ſanctis ⁊ electis tuis, qui tibi placuerũt, in gloria maieſtatis tuę reſurgere mereat ad indulgentiã, nõ ad pęnã: ⁊ aiaʒ illã, quã fontis vnda pꝑfuit, ⁊ chꝛiſma ſalutis impꝛeſſit, nõ ſinas flãmaruʒ ardoribus cruciari, nec pctõꝝ vinculis alligari: ſed liberã redde paradiſo tuo, p indulgẽtiã pietatis tuę: qꝛ tuã clementiã dũ in hoc ſeculo cõſtituit, no negauit. Per Chꝛm. ℟. Amen. ℟. Aia huius dũ derelinqueret mundũ ſoli Deo deuota eſt. Caro enim requieſcet donec tempus veniat. ℣. Ad te dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. Caro. Oꝛemus. Oratio.

Deus vniuerſoꝝ creatoꝛ ⁊ cognitoꝛ: ques beatitudo ſanctorũ: pſta nobis petentibus: vt ſpũʒ fratris, vel ſororis nr̃i corporis nexibus abſolutũ, in lucis ęternę facias regione gaudere. Per Chꝛm. ℟. Amẽ. Aña. Aiam de corpoꝛe, quam aſſumpſiſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pſiſti dñe, fac gaudere cū ſanctis tuis in gloria. Oremus. Ora.

Supplices exoramus pietatē tuā dñe ſancte pater oṗs, ęterne Deus pro aïa famuli tui, quam de hac luce ad te acerſiri iuſſiſti: vt eā in regione viuorū cōſtituas: ⁊ partē beatę reſurrectionis inter ſctōs ⁊ electos tuos habere concedas, Per Chriſtum dñm nr̄m. R. Amen. R. In paradiſum. fol. 142. Ad dñs Añ. Ego ſum reſurrectio. fol. 145. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrieleiſon. Pater noſter. V. Et ne nos inducas in tentationem. V. A porta inferi. R. Erue dñe. V. Requeſcat in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dñs vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Obſecramus miſericordiam tuā ęterne Deus: qui hoīem ad imaginē tuam creare dignatus es: vt animam famuli tui, quam hodierna die rebus humanis eximi, ⁊ ad te accerſiri iuſſiſti, blande ⁊ miſericorditer ſuſcipias: non ei dominent vmbrę mortis, nec tegat eā chaos ⁊ caligo tenebrarū: ſed ęruta omnium criminū labe, in ſinu Abrahę collocata, locū lucis ⁊ refrigerii ſe adeptā eſſe gaudeat: ⁊ cū dies iudicii aduenerit, cū ſanctis ⁊ electis tuis eam reſuſcitari iubeas, Per Chriſtum dominum noſtrum. R. Amen. V. Requiem ęternam dona ei domine. R. Et lux perpetua luceat ei. V. Requieſcat in pace. R. Amen.

In die 7. vel 30. atq; in anniuerſario reſponſorium. Cap. 30.












mine: ⁊ lux perpetu a lu ce at e i: Et in carne me a.
Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater noſter. ℣. Et ne nos
inducas in ten. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domi-
ne animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domi-
ne exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

TE dñe ſancte, pr̄ oṗs, ęternę Deus ſuppliciter deprecamur
pro aīa famuli tui, quā a voraginibus huius ſeculi ad te ac-
cerſiri pręcepiſti: vt digneris ei dñe dare locum lucidū, locum
refrigerij ⁊ quietis: liceatqȝ ei tranſire portas infernorum, ⁊ pe-
nas tenebrarum: maneatqȝ in manſionibus ſanctorū, ⁊ in luce
ſancta quaȝ olim Abrahę promiſiſti ⁊ ſemini eius: ſed cum ma-
gnus dies ille reſurrectionis aduenerit, reſuſcitare eum digne-
ris dñe ad requiem vna cum ſanctis ⁊ electis tuis: deleas eius
delicta atqȝ peccata, vſqȝ ad nouiſſimū quadrantem: tecumqȝ
immortalitatis tuę vitam ⁊ regnum conſequatur ęternuȝ. Per
Chriſtum dñm noſtrū. ℟. Amen. Aña. Hęc requies mea in ſe-
culum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Oremus. Oro.

O ỹre-

DIri vulneris nouitate percuſſi, ⁊ quodammodo cordib⁹
ſauciati miſericordiā tuā mundi redemptor flebilibus vo
cibus imploramus, vt chari noſtri animam proprium ad te da
torem reuertentem blande, leniterque ſuſcipias: ⁊ ſiquas ille ex
hac carnali cōmoratione cōtraxit maculas, tu Deus ſolita pie
tate clementer indulgeas: obliuioniqꝫ in perpetuū tradas: atqꝫ
eandem tibi cum ceteris redituram, ⁊ ad corpus quandoque reuer-
ſuram ſanctorū tuorū cetibus aggregari precipias. Per Chri-
ſtum dn̄m. ℟. Amen. Aña. Animam p̄camur, quaȝ creaſti dn̄e,
vt ſuſcipi iubeas in regnū tuum: ⁊ in ſinu Abrahe collocari fa-
cias, vt cum beato Lazaro portionem accipiat. Oremus. Oro.

OMnipotentis Dei miſericordiam deprecemur, cuius iu-
dicio naſcimur ⁊ finimur, vt ſpirituȝ fratris, vel ſororis no
ſtri, quem domini pietas de incolatu mundi huius tranſire p̄ce
pit requies eterna ſuſcipiat: ⁊ cum beate reſurrectioni preſen-
tet: ⁊ in ſinibus Abrahe, Iſaac, ⁊ Iacob collocare dignet̄. Per
Chr̄m dn̄m noſtrū. ℟. Amen. Aña. Spūs tuus bonus deducet
me in terrā rectā: propter nomē tuū dn̄e viuificabis me in equi-
tate tua: ⁊ educes de tribulatione animā meam. Oremus. Oro.

DEus, qui iuſtis ſupplicationibus ſemper p̄ſto es, q pia vo-
ta dignaris intueri, da famulo tuo, cui hodie officia p̄ſta-
mus, cum ſanctis atque electis tuis beati muneris portionem.
Per Chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Aña. Credo dn̄e Deus carnis
reſurrectionem, ⁊ vitā eternā: ſed tm̄ deprecor tuā clementiaȝ,
vt nō inter hedos, ſed īter oues ꝯſortiū merear. Oremus. Oro.

CLementiā tuā ſuppliciter exoramus dn̄e ſancte, pater om
nipotens, eterne Deus, redēptor animarū, pro aīa famu
li tui, quā de hac luce accerſiri iuſſiſti: vt angelus tuus ſuſcipiat
eā: ⁊ ſpūs tuus refrigeret eam: ⁊ cū iudicabitur non eat cōdēna
ta. ps. De profundis. cū Requiem eternam. infra. f. 161 ℣. A
porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus. Oro.

ABſolue, queſumus dn̄e, animam famuli tui: ⁊ animas om
nium famulorum tuorum confratruȝ noſtrorum ab omni
vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos, ⁊
electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum dominum no-
ſtrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟.
Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

## ℂ Incipit officium in agenda mortuorum.

ℂ Ad veſperas abſolute incipitur. Cap. xi.



Ant. Pla cebo do mi no. E v o v a e. Pſalmus.

Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s vocē orōnis meę. Quia iclinauit aurē ſuā mihi: et i dieb⁹ meis inuocabo. Circūdederūt me dolores mortis: et picula inferni iuenerūt me. Tribulationē et dolorem iueni: et nomē dn̄i iuocaui. O dn̄e liba aīaz meā: miſericors, dn̄s et iuſt⁹: et de⁹ nr̄ miſeret. Cuſtodiēs puulos dn̄s: humiliat⁹ ſū et libauit me. Conuertere aīa mea i requiē tuā: qr dn̄s bn̄fecit tibi. Quia eripuit aīaz meā de morte: oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapſu. Placebo dn̄o i regione viuor̄. Requē. Ant.



Pla ce bo do mi no in re gi o ne vi uo rum. Ant.



Hei mi hi. E v o v a e. Pſalmus.

Ad dn̄z, cū tribularer, clamaui: et exaudiuit me. Dn̄e libera aīaz meā a labiis iniqs: et a lingua doloſa. Quid detur tibi: aut qd apponat tibi ad linguā doloſā. Sagittę potētis acutę: cū carbonibus deſolatoriis. Hei mihi: qr incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cū habitantibus cedar multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderūt pacez erā pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Requiem ęternam. Ant.



Hei mi hi: quia in co la tus me us pro longatus eſt. Ant.



Ana. D omi nus. E v o v a e. Pſalmus.

Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a dño: qui fecit cęluz ⁊ terram. Non det in cõmotionem pedẽ tuum: neque dormitet qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit, neqz dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Dñs cuſtodit te, dñs protectio tua ſuper manum dexterã tuam. Per diez ſol non vret te: neqz luna per noctẽ. Dñs cuſtodit te ab oĩ malo: cuſtodiat aĩaz tuam dñs. Dñs cuſtodiat introitum tuum ⁊ exitum tuum, ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum. Requiem ęter.



Ana. D ominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat a ni-



mã tuaz dominus. Ana. S i iniquitates. E v o v a e. Ps.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocẽ meam. Fiant aures tuę intendentes in vocem deprecationis meę. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine qs ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt: ⁊ propter legem tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina vſqz ad noctem: ſperet Iſrael in domino. Quia apud dominum miſericordia: ⁊ copioſa apud euz redemptio. Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem ęternam. Antiph.



S i ini quitates ob ſer ua ue ris do mi ne: do mi ne quis



fu ſti ne bit. Añа. O pe ra. E v o v a e. Pſalmus.

Confitebor tibi dñe i toto corde meo: qm̄ audiſti verba oris mei. In cõſpectu angelorũ pſallã tibi: adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuũ, ꝛ cõfitebor noĩ tuo. Super miſericordia tua ꝛ veritate tua: qm̄ magnificaſti ſuper oẽ nomẽ ſanctũ tuum. In quacunq3 die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ. Cõfiteanť tibi dñe oẽs reges terrę: q2 audierũt oĩa verba oris tui. Et cãtẽt ĩ viis dñi: qm̄ magna eſt gloria dñi. Qm̄ excelſus dñs, ꝛ humilia reſpicit: ꝛ alta a lõge cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: ꝛ ſup irã inimicorũ meorum extẽdiſti manum tuã, ꝛ ſaluũ me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me: dñe miſericordia tua in ſeculum: opera manuu3 tuarũ ne deſpicias. Requiem ęternam dona ei. Añа.



O pe ra manuum tu a rum do mi ne ne de ſpi ci as. ℟.



Au di ui vo cem de cę lo di cen tem mi hi. ℟. Be a ti



mortu i, qui in do mi no mori un tur. Antiphona.



Om ne. E v o v a e. Canticum.

M agni-

Magnificat anima mea Dñm. Et exultauit ſpūs meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humillitatem ancillę ſuę: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs gñationes. Qꝛ fecit mihi magna, qui potens eſt: ⁊ ſanctū nomen eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eū. Fecit potentiā in brachio ſuo diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerū ſuum recordatus miſericordię ſuę. Sicut locutus eſt ad pr̃es noſtros: Abrahā, ⁊ ſemini eius in ſecula. Requiē ęternā. Añā.







Deinde dicat Pater nr̃, ſecre. Et notandū ꝙ in diebus ferialibus in veſperis triū, ſiue nouem lectionū, qñ ſine nota dicunt, ⁊ in laudibus eorundē dicit Pater nr̃, cū pſalmo Lauda anima mea dñm. ⁊ verſiculis, ⁊ debitis orōnibus, flexis genibus. In alijs vero diebus in officio defunctorum genua non flectuntur, nec dicit pſal's. Lauda anima mea dñm. Pater noſter, qui. ℣. Et ne nos inducas in tētatio. ℟. Sed liba nos a malo. ps.

Lauda aīa mea dñm: laudabo dñz in vita mea: pſallā Deo meo ꝗdiu fuero. Nolite cōfidere in principibus: in filijs homi͂, in qbus non eſt ſaluus. Exibit ſpiritus eius, ⁊ reuertet in terrā ſuā: in illa die peribunt oēs cognitiones eorum. Beatus cuius Deus Jacob adiutor eius: ſpes eius in Dño Deo ipſius, qui fecit celum ⁊ terrā: mare ⁊ omnia que in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatē in ſeculū: facit iudiciū iniuriā patientibus, dat eſcā eſurientibus. Dñs ſoluit cōpeditos: dñs illuminat cecos. Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos. Dñs cuſtodiat aduenas: pupillū ⁊ viduā ſuſcipiet: ⁊ vias peccatorū diſperdet. Regnabit dñs in ſecula: Deus tuus ſion, in generatione ⁊ generationem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem. R equiē ęter. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dn̄s vob. ℟. Et cū ſpi. Oremus. Oratio.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pōtificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: p̄ſta, quęſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Oratio.

Deus veniæ largitor, ⁊ humanę ſalutis amator, q̄s clementiam tuam: vt noſtrę congregationis fratres, ſorores, ꝓpinquos, amicos, ⁊ benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, beata Maria ſemꝑ virgine intercedente cū oībus ſanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis conſortiū peruenire concedas. Oro.

Fidelium Deus oīuz cōditor ⁊ redemptor, aīabus famulorꝫ famularūqꝫ tuarꝫ remiſſionē cūctorꝫ tribue pctōꝝ, vt indulgentiā, quā ſemꝑ optauerunt, pijs ſupplicationibus ꝯſequātur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate ſpūs ſancti Deus, Per oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen. ℣. Requiē ęternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amen. ¶ Ad matutinum incipitur inuitatorium




ei


ei. Regem. Quo ni am Deus ma gnus do mi nus,
ꝛ rex magnus ſu per om nes de os: quo ni am non re=
pel let do mi nus ple bem ſuam: quia in manu e ius
ſunt om nes ſi nes ter re: ꝛ al ti tu dĩnes mon ti um
ip ſe con ſpi cit. Ve ni te. Quoniaȝ ip ſi us eſt mare,
ꝛ ipſe fe cit il lud: ꝛ a ri dam fun da ue runt ma nus
e ius: ve ni te a doremus ꝛ pro ci da mus an te deum:

piore=


ploꝛemus coꝛam do mi no qui fecit nos: qui a ip ſe eſt
domi nus de us no ſter: nos au tem po pu lus e ius, ⁊
oues pa ſcu ę e ius. Regem cu i. R o di e ſi vo-
cem e ius au di e ri tis, no li te ob du ra re coꝛ da
veſtra: ſi cut in in e xa cerba ti o ne ſecundum diem ten-
ta ti o nis in de ſer to: v bi ten ta ue runt me pa tres ve-
ſtri: pꝛo ba uerunt ⁊ vi de runt o pe ra me a. Venite.

Qua




totum.
Dictū inuitatoriū cum ſuo pſalmo non dicit: niſi in craſtino oium ſanctorū: τ cū funus pſens fuerit. In j. nocturno. Aña.




Pſalmus.

Pſalmus.

Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorez meum. Intende voci orōnis meę, rex meus ⁊ Deus meus. Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meā. Mane aſtabo tibi, ⁊ videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus: neqz pmanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti oēs qui operantur iniquitatem: perdes oēs qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum ⁊ doloſum abominabitur dñs: ego autem in multitudine miſericordię tuę. Introibo in domum tuam: adorabo ad templuz ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viā meā. Quoniam non eſt in ore eorū veritas: cor eoruz vanū eſt. Sepulcrū patens eſt guttur eoruz: linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos Deus. Decidāt a cogitationibus ſuis: ſcōm multitudinē impietatuz eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine. Et lętentur omnes qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bonę volūtatis tuę coronaſti nos. Requiem ęternam dona eis domine. Antiphona.



Dirige domine Deus meus in cōſpectu tuo viam



meam. Aña. Conuertere domine. Euouae. Pſ.

Domine ne in furore tuo arguas me: Pſalmus. vt ſupra. folio. 58. cum Requiem ęternam dona eis domine. Antipho.



Conuertere domine: ⁊ eripe animam meam: quo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



quo ni am non eſt in mor te. qui me mor ſit tu i. Antiph.



Ne quan do. E v o v a e. Pſalmus.

Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex oībus perſequentibus me, ⁊ libera me. Ne quãdo rapiat vt leo aīam meã: dū non eſt qui redimat, neqȝ qui ſaluū faciat. Dñe Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidaȝ merito ab inimicis meis inanis. Perſequat̃ inimicus aīam meã: ⁊ cõprehendat, ⁊ conculcet in terra vitã meam: ⁊ gloriã meã in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge dñe Deus meus in ꝑcepto qḋ mandaſti: ⁊ ſynagoga populorū circundabit te. Et ꝓꝑ hanc in altum regredere: dñs iudicat populos. Iudica me domine ſ̄m iuſtitiã meã: ⁊ ſ̄m innocentiã meã ſuper me. Cõſumet̃ neq̃tia pctõruȝ, ⁊ diriges iuſtū: ſcrutãs corda ⁊ renes Deus. Iuſtū adiutoriuȝ meū a Dño: qui ſaluos facit rectos corde. Deus iudex iuſtus, fortis ⁊ patiens nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Niſi cõuerſi fueritis, gladiū ſuū vibrabit: arcū ſuū tetendit, ⁊ parauit illū. Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Ecce parturijt iniuſtitiã: cõcepit dolorē: ⁊ peperit iniquitatem. Lacū aperuit, ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueã, quaȝ fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊ in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Confitebor domino ſ̄m iuſtitiam eius: ⁊ pſallam nomini Domini altiſſimi. Requiem eternam don.



Añ. Ne quan do ra pi at vt le o a ni mam me am:

dum




Deinde dicitur Pater noſter, qui. ſecret. Quo completo dicat hebdomadarius alta voce verſum. Et ne nos inducas in tentationem. Reſpondeant omnes. Sed libera nos a malo. Tunc lectoꝛ abſolute incipiat lectionem, ꝛ eandem terminet ſine Tu autem Domine miſerere nobis. Et ſic legantur omnes lectiones in officio moꝛtuoꝛum. Lectio prima.

